¶ Propriam concor. Concor. d. l. generaliter. z ibi Bal. C. de insti. z substi. in prin. z. l. si is qui ducenta. §. vtrum. z ibi Bar. de reb. dub. ita limitatur. l. si heredi plures. de condi. insti. vbi si plures cōditiones alternatiue sunt posite z disiunctiue sufficit vnā impleri. Fallit in istis casibus scilicet quādo inter plures conditiones esset adiectaua que diceret si decesserit sine liberis vt clarius probatur in. d. l. generaliter. in prin.

ADDE Oldra. consilio. clxxxix. et Oldra. consi. xxj. in fine.

¶ Vendicet sibi locum. vidi tñ dubitari qñ ipse frater substitutus decedit anteq̄ eueniret casus substitutionis. i. anteq̄ decederet filius testatoris heres institutus vtrū ius substitutionis transmittatur ad nepotes istius substituti. exemplū lucius instituit titium filium suum: z si titius decederet sine filijs legitimis z naturalibus substituit sempronium fratrē testatoris z filios sempronij in dimidia bonoꝝ. z in alia dimidia substituit alium fratrē testatoris nolentem z filios caij. decesserunt ambo et sempronius substituti ante titium instituendum ex isto casu nō extant filij sed nepotes ex filijs. vtrum ex quo testator voluit filios caij preferri sempronio et filijs sempronij pro medietate bonorum videntur etiam preferri vel nepotes caij filijs sempronij vt sic appellatione filiorum caij contineantur etiam nepotes caij. et videtur in casu isto prima consideratione dicen-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

dum qđ non quia ius substitutiõis quod residebat in persona caĩ transmittitur de iure ad heredem si decedat substitutus antequã eueniat casus substitutiõis prout in casu nostro l. si ex pluribus. de suis et legi. l. qui liberis. §. hec verba. de vulga. et pupil. ꝛ maxime quia in testamento nulla fuit facta mẽtio de nepote: ideo nõ debet comprehendi appellatione filiorum. l. quod si nepotes. de testa. tute. institu. qui da. tu. pos. §. fi. ꝛ in. l. gallus. in prin. iuncto. §. institutus. de libe. et posthu. et not. Cyñ. et Andr. de pisis. in. l. libellorum. de verborum significatio. vbi refert Bartol. in. iij. colum. et idem videtur tenere Bald. et Imo. in dicto. §. instituens. et respõdet ad tex. istum quod videtur facere in contrarium. videlicet quod hic comprehendũtur nepotes appellatione aliorum ne alias extraneus substitutus preferatur agnato defuncti quod non videtur esse de mente testatoris. l. cum acutissimi. C. de fideicom. l. generaliter. §. cum autem. C. de institu. et substitu. idem videtur tenuisse Fran. accur. vt refert Bal. in dicta. l. gallus. §. ille casus. vbi inquit quod Francis. accur. consultus super tali questio. quidam ꝛc. vt ibi per eũ qui dum dicit qđ aut dispositio ista fit ab ascendentibus ꝛ cõtinentur nepotes. secus si ab alio. facit ratio. d. l. cum acutissimi. sed in casu nostro ista dispositio fuit facta ab ascendentibus dictorum nepotũ. scilicet a patruo magno. ergo ꝛc. Item quia ꝑm cõmunem vsum loquendi appellatione filiorum non comprehenduntur nepotes: vt not. in dicto. §. fi. institu. qui da. tuto. pos. et no. Jaco. butri. in prima cõsti. ff. vt refert do. Anto. in prin. decre. in. j. colum. et Bald. in repeti. l. in suis. in fi. de libe. et posthu. qui prevalet. l. libellorum. §. quod tamen. de leg. iij. l. cũ delationis. §. asinam. de fun. instru. sed ad ista responderi potest. et primo non obst. d. l. si ex pluribꝰ. quia fateor quod si nepotes vellent venire tãquam heredes caĩ aut non admitterentur: sed tanq̃ censeantur vocati exꝑsse a testatore sic: prout infra probabo non ob. d. l. qđ si nepotes. quia respondeo vt per Bart. in. d. l. liberorum. et do. Anto. in. c. in quibusdam. de pe. et pet. de ancha. in. c. j. de baptis. qđ ideo ibi tutor datus filijs non videtur datus nepotibus. quia licet illa prouisio ex parte filij cõtineret favorem: tamen ex parte tutoris qui datur inuitus continet onus et licet datio tutoris non extendatur ad nepotes hoc est eis bene preiudicium: quia prouidebitur eis de tutore legitimo vel datiuo. Jstam solu. etiam sentit glos. in. l. iusta. de verborum significa. non ob. d. l. gallus. in princip. et in dicto. §. instituens. quia secundum Bar. ibi illa. l. loquitur quando filius fuit institutus nominatim: vt quia dixi instituo titium filium meum. tunc non est dubium qđ non continetur nepos. l. si quis ita. et ibi no. ff. de testa. tut. quinimo ille tex. potius facit pro opi. qđ appellatione filij cõtineatur nepos dum ibi probatur quod appellatione nepotis venit etiam pronepos secundum vnũ intellectum quem ibi sequitur Barto. non obst. opini. Pet. et Andre. de pisis. et Imo. quia non sunt vere: vt infra ostenditur. ꝛ dato quod essent vere tamen quantum ad casum nostrum: vt infra ostendam. inferunt quod imo appellatione filij contineatur nepos. non obst. communis vsus loquendi quia respondeo primo ex his que dicit egregie Bald. in. l. lege. ad fi. C. de legi. heredi. vbi dicit quod de communi vsu loquendi vulgares appellant nepotem illum qui est filius fratris. vnde secundus Baldum sermones prolatos in vulgari debemus interpretari secundum communem vsum loquendi. sed sermones prolatos in literali debem⁹ interpretari secundum artem literarum vel secundum grossum modum loquendi literaliter non autem secundum communem vsum loquendi vt not. per Cyñ. in lege si cum ante. C. de dona. ante nupt. bene facit quod not. Bart. in lege si quis filiabus. de test. tut. et in lege si quid earum. in princi. de legatis tertio. et in dicta. l. liberorum. in vlti. colum. idem est de mente Bald. in. c. primo. in princi. de succes. feu. Preterea quia talis communis vsus loquendi est facti et potest esse quod in aliquibus locis vigeat ꝛ in aliquibus non: de omnib⁹ autem locis non potest notitia haberi. Accur. in dicto. §. fina. insti. qui da. tut. pos. dicit quod ita se habet communis vsus loquendi. nam et eorum que facti alieni et remoti sunt quilibet presumitur habere ignoratiam. c. primo. de cõsti. in. vj. c. cum in tua. qui ma. accu. pos. Preterea si ita esset quod pro constanti presupponendum esset vbiq̃ vigere cõmunem vsum loquendi frustra Barto. et doct. supra in dicta lege liberorum. et alij in lege maximum vitium. C. de liberis preteritis. cum infinitis concordantijs disputarent an statuta et alij actus ac dispositiones facientes mentionez de filijs comprehenderent nepotes cum certum esset quod non cum recipiant interpretationem a communi vsu loquendi. lege labeo. et ibi Bartol. de supelle. lega. et dicto. §. quod tamen. et capitu. ex literis. de sponsa. et dicto. § asinam. et tamen Bartol. in dicta. l. liberorum. habuit memoriam de tali communi vsu loquendi. vt ibi per eum. in fin. prime columne. ideo comprobo contrariam sententiam. primo per legem nostram. in versicu. filium. iuncto versicu. eius liberos. non obstat responsio quam ad istam. l. dedit Bald. in dicto. §. instit. quia ideo hic nepotes excludunt substitutum: quia eadem ratione qua testator hic pretulit extraneis substitutis fratrem testatoris et eius filios eadem ratione videtur voluisse preferre nepotes. sed ita est in proposito. quia testator in dimidia pretulit caium et filios eius ipsi sempronio et filijs sempronij. eadem ratione videtur pretulisse nepotes caij. et hec responsio probatur in lege cum acutissimi preallega. ꝛ ibi expresse gloss. secunda. que dicit quod qua ratione testator pretulit filium fideicommissario. eadem ratione videtur pretulisse alios descendentes ex filio. et illud esset verum etiam si fideicommissarius vel substitutus esset etiam de descendentibus testatoris et pariter coniunctus sicut in proposito nostro quia adhuc etiam locuz habet id quod habetur in dicta. l. cum acutissimi. glo. est que subtiliter hoc probat in. l. prima. C. de dona. causa mor. quam ad hoc inducit et reputat singu. Imo et Roma. in. l. si cui. ff. de dona. causa mor. et idem not. Jaco. butri. in. l. iij. C. de inofficio. testa. et Bald. in. d. l. cum acutissimi. et est casus. licet ipsi non allegent in. l. cũ auus. ff. de conditio. ꝛ demonstr. vide in proposito do-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

quod per exclusionem nepotum ius veniret consolidandum in filios sempronij qui erat frater testatoris tamen eadē ratione qua prætulit testator caium in dimidia et eius filios ipsi sempronio z filijs eius eadem ratione videtur prætulisse nepotes caij et sic responso Bal. potiꝰ facit pro ista parte inducēdo eam z fortificando: vt supra bene facit quod statim dicam secundum Pet. z Andre. de pisis. nec ad hoc ob. si diceret testator bene prætulit in dimidia caium z eius filios masculos per quos conseruatur agnatio z familia. ergo non debent venire nepotes. l. prontūciatio. et l. familie. ff. de verb. signi. inst. de legi. agna. succes. in prin. ergo ꝛc. quia respondeo quod ex quo testator prætulit caium et eius filios per ea verba testator videtur sensisse non solū de masculis. sed etiā de feminis. vt est casus in. l. si ita sit scriptum filiabus. ff. de lega. j. et in. l. si quis ita dederit. ff. de test. tut. et in. l. quisquis mihi. de verbo. signi. si enim voluisset nō comprehendi feminas dixisset filios masculos. l. j. §. sinautem ad deficientes. C. de caducis tollen. c. ad audientiam. de deci. istud idem videtur tenere quo ad propositum nostrum. Pet. et Andre. de pisis. vt refert Ly. z Bald. in. d. §. instituens. volentes quod vbi ab homine fit mentio de filio semper comprehendatur nepos quando alias sequeretur quid inhumanuz per. l. vxorem. §. concubine. de lega. iij et. l. liberorum. versic. sed et papi. de verbo. signifi. sed non est dubium quod inhumanum esset hanc inequalitatem seruari inter descendentes fratrum dicti testatoris pariter substitutorum. nam dicit tex. in. l. fi. C. quo. bo. quod lex nature defert successionem agnatis et in dubio de mente testatoris esse presumitur quod inter succedentes suos sibi pariter coniunctos equalitas omnino seruetur vt probatur in. l. fi. C. communia vtriusq; iudi. iniquum ergo esset si per talem interpretationem auferret nepotibus successio quaz lex nature alibi deferri consueuit: et in dubio testatorem videt ꝑm iuris dispositionem voluisse testatori secundum qō de iure succeſſuo ab intestato deferebatur inter heredes suos vt no. Barto. in. l. heredes mei. §. cum ita. ff. ad trebel. z probatur in dicta. l. gallus. §. quidaz recte. ꝑm vnam lectu. de libe. z posthu. z no. Barto. in. l. iusiurandi. §. si liberi. de ope. li. sed de iure pariter admittuntur neptes siue nepotes cum filijs dicti sempronij: quia succedunt nepotes et neptes in locum patris sui qui erant pares in gradu cum filijs sempronij. l. prima. §. sed si quis. ff. de suis et legi. institu. de heredi. que ab intesta. §. cum filius. z in auten. post fratres. C. de legi. heredi. ergo ꝛc. Preterea istā opinionem quod indistincte testator vocando per modum dispositionis filios videatur etiam cōprehendere nepotes tenuit Barto. in dicta. l. liberorum. in tertia colum. et in dicto. §. instituens. et pro hoc etiā allegat. l. filij. et. l. iustam. ff. de verborum significa. et capitu. secundo. cum gloss. de verborum significatio. vbi appellatione filij dicuntur nepotes continere ergo cur non est dicendum hoc habere locum in vltimis voluntatibus in quibus lata fit interpretatio. l. in testamentis. de regulis iuris. c. cum dilecti. de donatio. et cum Barto. concordat formaliter domi. Anto. in dicto. c. in quibusdam. et Pet. de anch. in clemen. j. de bapt. et Jmol. ħ in fine. j. colum. fortiꝰ dixit ipse i te disiunctiue: cōcordat optime. l. generaliter. C. de institu. z substi. facit. l. si is qui ducenta. §. penul. j. de rebus

dicto. §. instituens. quod tenendo opinionem quod appellatione filij in testamentis non comprehendatur nepos. tamen illud fallit quando dispositio facta filio non est collata in tempus presens sed in futurum euentum in quem verisimiliter erat dubium an tūc extarent filius an vero nepos vel alij inferiores. nam tunc verisimile est testatorem late accepisse verbum filius presertim cum verisimiliter par affectio debeat presumi, fuisse testatoris erga nepotes si extarent filijs mortuis. et ita dicit se intelligere hoc casu. l. nostram. et ex hoc infert quod si testator instituit fratrem suum et si decederet sine filijs substituit filios sempronij filijs decedentibus ante casum substitutionis euenientem et sic ibi in specie decidit questi. nostram. an tamen statutum comprehendat nepotem videtur in terminis Bald. decidere quod sic. in lege in quibus. C. de secund. nupt. et alij in varijs locis. Tamen fallit quando nepos non representaret personam patris sui. nepos enim nūquam representat personam patris sui: nisi quando venit ad successionem aui vel patrui. vt in autenti. de heredi. que ab intesta. §. huius priuilegium. z in dicta autenti. post fratres. et ibi Bartol. statutum enim debet interpretari vt quantominus fieri potest ledat ius communevt per docto. in terminis nostris: maxime Jmo. in lege si vero. §. de viro. soluto matrimonio. cum similibus. Adde quod consuluit in pulchro casu Bald. consilio. ccxxxviij. primo volumine. quod si testator instituat filias in certa quātitate et fratrem heredem vniuersalem et si decederet sine liberis masculis substituat filias propias ipse testator et earum filios: et contingat fratrē decedere cum nepote ex femina: et similiter filias decedere cum nepote ex filio contingat quod nepos ex filia institutus non excludit nepotem ex filiabus testatoris licet testator predilexerit fratrem et eius liberos filiabus propijs incipit quidā nobilis. Jtē vide quod consuluit Roma. consilio. cxlviij. quod si testator instituat aliquem et si decederet sine filijs quod substituit hospitale quod nepos ex filia excludit substitutum. Jtem vide quod consuluit Jacob. butri. consilio. cclxvij. inter consiliū Bald. volu. iij. quod si testator instituit filium et ei substituit si decederet in pupillari etate titium et filios eius z moriatur titius secundo eius filijs relictis nepotibus titij. deinde moriatur pupill⁹ quod nepotes admittentur. et vide Oldra. consi. cclxix. et Pau. de castr. consi. xxxvj. vbi an opiñ. huius glo. sit vera quā glo. dicit singularem Pet. de anchara. consi. cxxxvj. incipien. ponderandum. et illam etiam sequitur Jo. de anania. consi. lxviij.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

a ¶ Preferat libertum. late vide cõcordan. in l. ex facto. §. ex facto. ad trebellia. z habes text. z casum in l. j. C. de pac. quam. l. no. facit text. no. in l. qui filium. in prin. j. ad trebel. et ad intellectum huius gloss. et text. vide Bar. in l. si cum dotem. in prin. §. solu. matri. et late per Jmo. in l. filiusfami. §. cũ quis. de lega. j. et qõ not. Ly. et Jacob. de a are. Bal. Angel'. et 2 Jmol. hic qui oẽs sequunt istã glo. hic videlicet qõ testõ: magis videt diligere filios qs̃ nepotes z qõ 1 no. Pe. de anchar. in 2 cõsi. cxxvj. et Bar. in 3 l. sed si sic. j. de le. iij. et hãc glo. c sequit etiã Jmo. in l. ex fctõ. ff. ad trebel. in §. ex facto. facit quod voluit Bart. in l. centurio. in penul. colum. de vulga. z pupil. et hanc glos. sequitur Bald. in l. cunctos populos. in xv. colum. C. de summa trini. et Petr. de ancha. in c. si pater. de testa. in vj. in xij. no. reputat eam singu. Bal. in l. cum acutissimi. in vltima colum. C. de fideicom. et refert Per. de ancha. in d. c. si pater. qõ Bal. dicebat quod ita etiam tenebat Jaco. de are. z Ly. in l. j. C. de condi. inser.

ADDE ipsum Alexan. consil. cviij. j. lib. z plenius per eundem cõsi. clxxxv. vbi arguit ad partes. ij volumi. per Oldra. consi. cxlj. incipien. thema tale est. Si. lcutionem. per Pau. de ca. cõsi. xxxviij. z. lxxviij. et. ccxxxvj. et sequenti per Bal. consi. clxxxvj. incip. in christi nomine dubitatur. iij. volu et Petr. de ancha. consi. lxxiij. incipi. in christi nomine contra phiiponum. ibi aliter loquitur quam in consil. alle. per do. Alex. quod in meo est. cxxxvj. incip. in christi nomine ponderandum est principaliter per Barb. cõsi. xxvij j. lib.

Andreas Pomate.

b ¶ Veniunt. De isto articulo an libertas tacite sint vocati ab intestato an vero ex testamento. adde quod opi. huius glo. est communis si quod venient ab intestato. de qua vide Alexan. consi. cviij. j volumine. c Et mesius qs̃ alibi et consi. clxxxij. in secundo volumi. et consi. cxcvj. co. volumi. z consi. lxvj. in. iij. colũ. d dub. ¶ Oppo. de condi. insti. l. si heredi plures. vbi in alternativa sufficit alteram partem existere. Sol. hic verisimiliter mens testatoris non verificatur in qualibet parte disiunctiue. ratio quia non est verisimile quod testator preferat libertum a fratri suo vel filijs fratris z idem no. C. eo. l. generaliter. ¶ Quero testator j dicit filium heredem instituo. z si decesserit 1 sine liberis deveniat in talẽ. Quero an filij superstites sint substituti z veniant ex testamento: effectus est magnus: quia quando veniunt ex testamento revocarent alienationes factas: alias non: dicit hic gloss. quod b veniunt ab intestato. quam signa et tene eam menti.

Contrarium velle est nolle. non velle est medium inter velle z nolle. Ex implemento conditionis quãdo quis videatur adire.

Filius instituus si nollet quod possit repudiare ante impletam conditionem. 2

c Dam dubitari. Seruus potest instituí sub conditione si voluerit. nec eget exheredatione in conditionis defectum. z per eam efficitur voluntarius: z adimplendo conditionem videtur heredi tatem adire. hoc dicit. Et dividit in duas partes. Primo dicit de institutionis substantia. Secũdo de acquisitione hereditatis. secunda ibi non ab re. Nota quod dixi in summario. ¶ Item nota † quod contrariũ quãtum ad velle est nolle: non autẽ eius contrariũ est non velle. vt habes hic. que autem alias verba ꝛc. et non velle non est contrarium de velle. sed non velle est medium inter velle et nolle. probatur in l. filij §. primo. ad tertul. et l. qui se patris. C. vnde liberi. z l. secunda. C. de iuris et facti ignorantia. z probatur in simili in l. prima. §. sciẽtiam. de tribu. et facit quod not. in l. aliquando. infra de conditio. et demonstratio. z dixi in l. si ita legatum. §. illi si volet. infra de legatis primo. 2

¶ Opponi. † ad hanc l. dicitur hic quod implendo conditionẽ videtur adire: contra in l. prima. §. primo. ff. de conditio. ob causam et l. si quis ita. de conditio. instit. Dicũt quidam de conditio. insertis. vbi refert multos doctores cõsuluisse: et collegium contra commune. Et post multa dicit istam gloss. teneri. Et vide latissime Barb. in repeti. l. cum acutissimi. C. de fideiussoribus. Roma. in l. si cum dotem. in prin. ff. solu. matri. vide pletissime Ancha. et Bal. in repeti. c. raynutius. in vj. charta. de testa. per Alexã. in l. j. in fi. C. de pact. vbi per Lance. qui colligit infinita consilia ad hoc. Et vide Alexan. consi. xxiij. colum. iij. iij. volu. z cõsi. liij. in iij. col. in iij. volu. Pau. de castr. consi. cxxvj. et sequenti. in antepenul. colum. Alexã. consi. cx. in ij. volu. z consi. xxij. col. penul. z fina. in xj. volumi. et consi. xxxj. eo. iij. volu. Cuma. consi. xvij. vbi limitat Oldra. consi. xxj. ad finem. z consil. xciij. in iij. col. et consi. xlj. ad finem. barba. consi. xvij. inserto in cõsilio Alexandri. in iij volu. in fi. vbi transit cum gl. Alex. consi. lv. in. ij. et. vj colum. in. iij. volu. z consi. ciij. in. iiij colum. eodem volu. colum. vij. versi. non obstat. j. volumi. Barba. consi. xxvj. z consil. cxxx. Barba. consilio. xvij. vol. in. ix primo volumi. z consilio. xxxiij. col. in. iij. j. volu. z consi. eo. lvij. colum. viij ij. volu. et consil. lv. col. v. et ij. seq. in. ij. volumi. Roma. consi. cxviij.

Andreas Pomate.

¶ Jam dubitari ad intellectum hui⁹ l. vide Bosi. l. seru electione. in prin. de leg. j. in ij. col.

¶ L. si quis. z ibi omnino vide Bar. z glo.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ibi in extraneo. hic in suo. Gloss. reprobat per. l. eum bonis. ff. de acquirenda hereditate. vbi actus qui in extraneo inducit aditionē in suo induxit immixtionem. quare gloss. soluit[a] aut implet[b] conditionem eo animo vt sit heres: et tunc est heres: aut eo animo vt purificet conditionem vt non sit heres: et tunc non est heres. vt. l. antistius. de acquir. here. aut dubitatur: et tunc dicit Dy. aut conditio constitit in voluntatis expressione: et tunc implendo, videtur adire vt hic. aut constitit in facto extrinseco. vt si decem dederit vel capitolium ascenderit: et tunc implere videtur eo animo vt purificet conditionem nō vt sit heres. vt. l. j. §. j. de conditio. ob causam. et. l. si qs sta. j. titulo. ij. et. l. in conditionibus. §. j. j. de cōditio. et demonstra. et ibi hoc tangit gloss. dicit Guliel. in l. j. §. j. supra de conditione ob causam. quod etiā qñ conditio constitit in facto extrinseco debemus inspicere coniecturas an multo tempore deliberauit: et tunc videtur implere eo animo vt sit heres: alias nō: z nihil allegat: sed pro ipso facit. l. sed si alio. §. j. j. ad trebellianum. et. l. omnes. eodem titulo. ¶ Querit glo. an filius †potest repudiare qui fuit institutus si volet: et videtur quod non: quia anteq̄ impleat conditionem non potest repudiare: nec post impletam: quia heres est: vt hic. et. l. necessarijs. de acquirenda hereditate. tamen dicit glo. et bene quod potest repudiare ante impletam: vt. l. is qui heres. §. primo. j. de acquiren. here.

a ¶ Gloss. soluit. Et vide Bart. j. ti. j. l. si filius qui patri. in. tiij. col. z vide. s. eo. l. cornelius.

b ✠ Andreas Pomate. ¶ Aut implet. Adde quod ista sol. glo. est communis ſm Alexan. l. j. §. j. ff. de cōditio. ob causam.

✠ Andreas Pomate.

c ¶ Pacumeuius. limita vt per Ro. singu. cclviij.

d ¶ Pacumeuius permanēt. ad de Barto. in. l. demōstratio. §. j. de condi. z demon. et ibi omnino vide q̄ dixi ad hic not.

e ✠ Andreas Pomate. ¶ Nota quod vide Alexā. cōsil. cxv. in vlti. colū. iiij. volu.

f ¶ Justa causa. Vide Bal. in l. eaquidē. in secunda colum. C.

g ✠ Andreas Pomate. ¶ Heredes quos voluit. vide Alexan. consil. liij. in. ij. colum. in. iiij. volumi. et consilio. xix. in secunda colum. in primo volumi. Roma. consi. xvj. et consil. liiij. in secunda colum. et consili. lxv. in fi. Panormi. consilio. xxx. in. xxj. colum. et. xxiij. questio. in. ij. vol. et consilio. lxiij. in vltima colum. in. ij. volumi. z consilio. lxxxv. in prima colum. eodem volumi. et consi. cxj. alias. iij. in. iij. colum. eodem volumine. Cepol. consilio. v. in secunda colum. et consilio. vij. in vltima colum. et cōsil. xiij. in primo dubio. in. iiij. columna. Bald. in. l. j. in. v. colum. C. de edic. diui adriani tol. Barb. consil. iiij. alias. xciij. in. ix. colum. in primo volumi. z consilio. x. in sexta colum. et seqē. eodem volumi. et consilio. xij. volumi. ij. et consil. xvj. in. ij. colum. eodem volumi. et consilio. xix. in. j. colū. eodem volumi. et cōsilio. xxj. in. ij. colum. eodem volumi. z consi. iiij. in. xiij. col. eo. volu. j. z consi. xliij. in xxj. colum. eodem volu. et consi. x. in. iiij. colū. z. vij. in. ij. volumi. et consilio. xvj. in. xvij. colum. et seq. in ij. volumi. et consilio. xix. in. vij. colum. ad fi. eodem volu. z consil. seq. in. j. et. ij. col. eo. z consil. xxij. in. iiij. col. z cōsi. xxx. in. vij. col. in. ij. vol. z consi. xliij. in. vj.

**Si qui.** Qui semel est heres ī perpetuū non potest desinere esse heres. hoc dicit. Fallit in casibus notatis in. l. sub stitutione. j. titu. j.

**Si socius.** Hec. l. ponit tres casus in quibus seruus communis equiparatur seruo proprio et glo. ponit casum.

**Testamento.** Lex ista est sing. cum sua glo. z est determinatio plurium legū in hac materia. Non sufficit mortis tempore quē fuisse seruum si ante conditionis euentum libertatem a lege cōsequitur. hoc dicit. ¶ Op. de. l. iij. §. qui fideicommissam. s. eodem. z. l. pater filio. supra eodem. vbi sufficit quem esse seruum tempore testamenti vt sit necessarius. Solutio. illud verum quando consequitur libertatem ab homine. secus si a lege vt hic. vide gloss. que incipit bene valet. in fine.

**Imperatorem.** Opponitur de. l. ex hoc edicto. §. sed heredem. de aliena. iudi. mutandi causa facta. vbi quis pōt instituere aliquem heredem: nec incidit in penam illius edicti. Glo. dicit speciale hic: qua plus sibi cauere debet. sic. j. de iure fisci. l. res. §. lites. et in stitu. quib. mo. testa. infir. §. fi.

1 ☞ Rumor z publica fama in ciuitate prestāt iustā causam credendi.

2 Falsa causa quando vitiet institutionem.

3 Prefationes probant causam finalem dispositionis.

4 Falsa causa expressa z uncerta in testamēto vitiat di

# Prima Bartoli super Infortiato

col.in.ij.vol.et consil.xliiij.in.vij.col.ij.vol.et consil. lvj.in.xvij.colũ.in.ij.vol.et consil.lix.in.xij.colũ.in.ij. vol.Ro.cõsi.xc.et consi.clxxx.in.vij.col. et.cccxxviij. in.ij.col.Imo.consi.cxxviij.in.ij.col. et cõsi.cxxxviij. Cardi.consi.cxxxij.in j.co.et cõsi.cxlij.et.cõsi.cxlvij.

Andreas Pomate.

a ¶ Melior Amplia vt per Ange. l.si quis cũ aliter.ff.de verbo.ob. et vide circa hoc dictum Ale. cõsil.vij.in ij.col.in.ij. volumine. vide ꝯcor. ad istã regulam per Barb.consil.x.in.vj. column.ij. volumi.

b ¶ Et sic habes.ad de no.bal. de iustiniano.C.componendo. in.§.quib⁹ et Bartol. in lege cũ hi.in prin. de transa. et do.Cardi.et Imo.in.c.pe.in fi.de cleri.coniu.per Bal.in.l. ambitiosa.de decreto ab ordi.fac.

Andreas Pomate.

c ¶ Item not.istam.l.vide Cepo.consilio.lxxj.in.iij. colum.ꝛ sequen.

d ¶ Pone enim.et semper alleg.hec doctrina Bart. post Raymundum hic in ista.l.final.per istum text. ad hoc videlicet quod fama seu rumor inducit iustã causam credulitatis quamuis etiam fama non esset vera facit.l.cum quidam.§.quod dicitur.de acquir. heredi.Si enim rumor inducit iustam causam credulitatis per istum text.multomagis hoc erit in fama:quia rumor minor est q̃ fama quia est particularis assertio ex incerto autore ex sola suspitione proueniens.nec requiritur quod ab omnibus vel maiori parte communiter et publice dicatur vt not. Specul.in titu.de noto.crimi.§. nũc de minore.ꝛ ray. et Imola hic in princip.ꝛ Bar. in.l.ea quidez.in prima columna.de accusa.et in rubric.C. de probatio.in p̃ma columna. et Jo.ca. et alij post eum in ca. vestra.de cohabitatio.cleri.et gloss.prima.et ibi doct.in ca. super eo. de eo qui cogno.cõsanguineam vxoris sue.et dixit propter hoc Bart. in lege verum.ff.de furt.quod sufficit probari predicta vt quis presumatur habuisse iustam causam accusandi vt euitet penam:et vide Bartolum in lege cum quidam.§.quod dicitur.de acquirenda hereditate.

a mẽti.Et ista est melior[a] lex que sit de hoc.¶ Opponitur de.l.si ĩstituta.§. finali.de inofficioso testamento.vbi falsa causa non vitiat. Solutio falsa causa nõ fuit ibi apposita licet putãs falsam causam esseveram testamentũ mutauit.¶ Et† sic habes[b] ex hac.l.et l.contraria.quod falsa causa inserta[b] et expressa in testamento vitiat dispositionẽ ipso iure: sed si non fuit inserta sed tacita in corde retenta non vitiat ipso iure:quod tene menti. ¶ Quero que est ratio† quod falsa causa vitiat institutionem et non legata:ex vna solutione precedenti habes vnam rationem:quia illa causa non fuit inserta legato:sed institutioni: ideo institutionem tantum vitiat vt hic. ibi licet modus institutionis ꝛc. sed si esset adiecta institutioni ꝛ legatis tũc institutio et legata vitiarentur. et hoc si legata essent magna que non esset verisimile testatorem relicturum si ipsum viuere scuisset.et ita dixi dum tractaui materiam cause in.l.demonstratio.§.j.j.de conditio.et demonstratio. ¶ Itẽ no. casum† singularem quod legata valent vitiata institutione vt hic.et notat gloss.in.l.eam quam.C.de fideicõmis.et.j.titulo primo.l.prima. ¶ Itẽ no.istam[c] legem.que facit ad questionem nota.per quam potes multos a mitria liberare.Pone enim[d] quod statutum dicat quod si aliquis accusat aliquem de falso vel falsam accusationem proponit:si nõ probat:puniatur ꝛc.modo† aliquis accusat de falso:nõ tamen probat.queritur nunquid sit remedium quod de falso nõ puniatur et hic videtur quod sic.debes enim articulare quod de hoc erat rumor et fama:ideo hoc fecisti:ꝛ sic excusaberis vt hic.excusat enim a presumptione doli.vt.l.miles.§.mulier.de adulter.habet etiam excusare a pena vt ibi et.l.secunda.quis ordo in bono. possessio.ser.quam.l.allegat Jacob. de are.Est et alius modus q̃d quis articuletur quod hoc fecit quia audiuit a personis fidedignis:vt lege qui cum maior.§.si patris.de bonis lib. et facit lex mater.C.de calumniat. secus si non a fidedignis:vt lege at halen⁹.j.de falsis. Item habet excusare eum si probet quod de hoc erat publica vox ꝛ fama:vt dicta.l.miles. Itẽ habet ipsum excusare si hoc audiuit ab amicis et consanguineis:vt lege tutorem.de his quibus vt indign.et facit.infra de bonis liber.lege paulus.paragrapho quero. Hic non sunt alia.

7

¶ Sequitur arbor substitutionum.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance


a vulgaris.
b vulgaris expressa.
c pti expssa pti tacita.
d pupillaris.
e pupillaris expressa.
f pti expssa pti tacita
g exēplaris.
h exēplaris expressa.
i pti expssa pti tacita
k cōpēdiosa.
l militaris di.
m vulgaris
n fideicō.
o vulgaris.
p pupil. ta.
q exēplaris tacita
r vulgaris tacita.
s exemplaris tacita
t vulgaris tacita.
v pupillaris.
x breuiloq.
y vulgaris
z pupillaris.
aa pupillaris.
bb vulgaris
cc vulgaris
dd vulgaris
ee vulgaris
ff pupillaris.
gg vulgaris.
pupillaris.
vulgaris.
exemplaris.
fideicōmis.
directa mi.
fideicom mis.
exemplaris.
pupillaris.
exemplaris.
exemplaris.
exempl

# Declaratio arboris

¶ Declario arboris precedentis.

a Vulgaris substitutio est secunda institutio directa que a quolibet ⁊ cuilibet fieri potest. et nihil hȝ specialitatȝ. Imo. et Lanfran. de oriano. in.l.centurio.ff. de vulg. Jaſ. in.l.j.col.iiij. illo ti. Et dicitur vulgaris qꝛ vulgo omnibus potest fieri. glo. in.c. Raymutius. de testa. glo. inſti. de vulg. ſubſti. in prin. de quo late per Bar. in dicta.l.j. poſt Bul. de cu. Et habet quinq effectus quos expedit Barto. in dicta l.j. et ibi Alex. et Ja. Primus in homine ſui iuris intelligitur ſi heres non eris vel alium heredem nõ feceris. l. cũ proponas. C. de here. inſti. ſ. fina. inſti. de vulg. Secundus quod teſtamentum poteſt aſſumere vires ab ipſa vulgari ſubſtitutione. l.iij. ſ. fi. ff. de lib. et poſthu. Tertius quod vulgaris expreſſa continet pupillarem tacitam. l. iam hoc iure. ff. eodem. e Quartus quod per vulgarem ſucceditur teſtatori. inſti. de vulg. in prin. Quintus quod vulgaris facit de ſuo et neceſſario voluntarium. l. ſi filius heres. ff. de lib. et poſthu. et durat hec vſq ad additionem hej reditatis. et ea adita expirat. l. poſt aditam. C. de impu. glo. in. d. c. raymutius. et in. ſ. qua ratione. inſti. de pup. et de eius ſpeciebus. vide in cellulis ſuis.

b ¶ Expreſſa dicit tripliciter. Primo in genere vt ſunt ille que comprehenduntur in breuiloqua vel cõpendioſa glo. in. l. lucius. ff. eo. et in. l. in teſtamento. C. de teſta. mi. in. l. precibus. C. de impu. et ibi doc. Alia eſt expreſſa in ſpecie vt eſt illa que exprimit ſpeciẽ ſubſtitutionis vt ſi heres non eris talis ſit: ſed poteſt illud eſſe: qꝛ noluerit vel nõ potuerit. l. cũ proponas. C. de here. inſti. et nullus horum caſuum ſingularũ hic exprimitur ideo dicitur expreſſa in ſpecie et non ſingulariter. Alia dicitur expreſſa ſingulariter que exprimit caſum ſingularem in quo comitatur. videlicet ſi heres eſſe nolueris talis ſit: facta tamen in caſu impotentie trahitur ad caſum nolentie. et econtra. l. gallus. ſ. quid ſi tantum. ff. de lib. et poſthu. limita tamen quinq modis. de quibus per Alexand. in. dicta. l.j. f

c ¶ Partim expreſſa et partim tacita dicitur duobus modis. ſcilicet quo ad verba: vt ſunt ille que comprehenduntur in breuiloqua ⁊ compendioſa. nam reſpectu verborum generalium dicũtur expreſſe reſpectu vero verborum ſpecialium dicuntur tacite gloſſ. in. l. in teſtamento. C. de mili. teſta. que appellat eas tacitas et expreſſas. et ita concor: glo. in. l. precibus. C. e. et in. l. lucius. ff. eo. que dicunt eas expreſſas et gloſſ. in. ſ. qua ratione. inſti. de pup. que dicit eas tacitas. Alia eſt quo ad caſus vt ſi heres eſſe nolis. qui ſte caſus nolentie comprehendit et trahitur ad caſum impotentie. l. gallus. ſ. quid ſi tantũ. ff. de libe. et poſth. qꝛ paria ſunt nolle et non poſſe. l.j. ſ. vſus. ff. de ꝓcura. facit tex. in. l. ſi. C. de inſti. et ſubſti. ſub condi. fac. ⁊ ſic quo ad caſum exꝑſſum appellat exꝑſſa quo ad tacitũ tacita. Bar. in. d. l.j. ⁊ ibi Alex. Jaſ. ⁊ ſcribẽtes. g

d ¶ Moribus introductum eſt: vt pater filijs ſuis i in poteſtate cõſtitutis minoribus. quatuordecim annis poſſit teſtari pupillariter ſubſtituendo. l. ij. ff. de vulga. in princip. et inſti. eodem in princip. dum tamen cõcurrant octo que ſunt neceſſaria quo ad hoc vt pupillaris poſſit fieri filio de quibus per text. glo. et Barto. in dicta lege ſecunda. et in lege in teſtamẽto. C. de mili. teſta. Et finitur hec pubertate et aliis modis. de quibus per gloſſ. magiſtram. et ibi tex. ⁊ doctο. in lege in pupillari. ff. eodẽ. facit. ſ. maſculo. inſtit. de pup. habetq alios effectus videlicet quod pupillaris expreſſa continet vulgarem tacitam. d.l. nam hoc iure. Secundus quod per eam ſucceditur pupillo. inſtitu. de pupil. in prin. Tertius quod pupillaris ſubſtitutio expreſſa excludit marrem ⁊ quoſcunqꝫ venientes ab inteſtato. l. papi. ſ. ſed nec impuberis. de inoffi. teſta. ff. et lege precibus. et lege ſi teſtamẽto. C. de impub. cum per eam ſuccedatur ex teſtamento. l.iij. de acquir. her. ff. Quartus quia quos pater poteſt ſibi neceſſarios facere: et filio ſuo dicta lege ſecunda paragrapho patus. in fine. Bar. et omnes ibidem.

e ¶ Expreſſa dicitur illa que fit verbis expreſſis vt ſi heres ſis et moriaris in pupillari etate talis ſit: tacita vero eſt illa que continetur in vulgari expreſſa. Barto. in dicta lege ſecunda. col.iiij. Et ẽtuis gloſ. in paragrapho qua ratione. inſti. eo. dicat quod iſta fit verbis affirmatiuis: vulgaris vero negatiuis: nihil eſt quia ĩmo omnis ſubſtitutio directa ſiue ſit expreſſa ſiue tacita: habito reſpectu ad eum cui fit ſubſtitutio fit verbis negatiuis ſiue priuatiuis: vt ſi nõ ſis heres vel ſi moriaris in pupillari etate ⁊c. reſpectu vero illius qui ſubſtituitur affirmatiuis vt talis ſit de quo late Bart. et poſt eum ſcribentes in dicta l.ij. Lanfran. in. d.l. centurio.

f ¶ Partim tacite et partim expreſſe quo ad verba ſunt ille que comprehenduntur in breuiloqua et cõpendioſa: vt in vulgari dixi. Quo ad caſus vero in caſu. l. iul. de acqui. here. ff. et. l. pater. de priui. credi. Bart. in. d.l.ij. col.iiij. ver. et ſm hoc.

g ¶ Exemplaris ideo dicitur. quia fuit facta ad exẽplum pupillaris ſubſtitutionis. l. ex facto. ff. eodem lege humanitatis. C. eodem. et inſti. eo. in. ſ. qua ratione. quia ſicut pupillaris fit pupillo qui ſibi ꝓuidere non poteſt per teſtamentum. Ita exemplaris furioſo prodigo ſurdo et muto qui ſibi ꝓuidere etiã non poſſunt per teſtamentum. differt tamẽ hec a pupillari in cauſa efficiẽte quia pupillaris fuit introducta moribus: vt ſupra dixi. exemplaris vero lege principis. d.l. humanitatis. et requirũtur quatuor de quibus per Jaſ. in dicta. l. humanitatis ad hoc vt poſſit fieri. Primo qui eam facit ſit aſcendens. vt pater vel mater. d.l. humanitatis. Secũdo quod ille cui fit perpetuo morbo laboret. Tertio ꝙ tali filio reliquatur legitima. Quarto quod ſi talis mente captꝰ haberet liberos quod ſaltem vnus ex eis ſubſtituatur. Jaſ. in. d.l. hũanitatȝ. ỗ materia cuiꝰ dar. bal. aler. et Jaſ. i. d.l. ex facto. ff. e. ⁊ de eiꝰ ſpẽbꝰ. vide i cellul. ſuis.

h ¶ Expreſſa eſt illa q̃ fit verbis expreſſis vt ſi decedas in furioſitate talis ſit heres. tacita vero eſt illa que cõtinetur in vulgari vel pupillari expreſſa. doct. in. d.l. ex facto. et in. d.l. humanitatis.

i ¶ Partim tacita et partim expreſſa quo ad verba eſt illa que comprehenditur in breuiloqua vel compendioſa. quo ad caſus vero eſt ſi fiat iſto modo ſi filius meus decedat in furioſitate talis ſit heres ſi ceſſet furioſitas remanet tamẽ prodigalitas vel ſur ditas ad iſtos caſus trahitur Barto. in dicta l. ex fa

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

cto.col.vj.z sic in casu furiositatis expressio est expressa in casu vero surditatis tacito est tacita z casus expressus trahit ad alios casus tacitos. d.l.gallus.ff. de libe.z posthu.§.z quid si tantum.

k ¶Cõpendiosa dicitur quia sub compendio verborum plures substitutiones seu plura tempora complectitur et fit per hoc aduerbium quandocunq; gl. in.l.verbis ciuilibus.ff.eodem.z in dicto.c.raynutius. et in.c.si pater de test.libro. vj. videlicet hoc modo quandocunq; filius meus decesserit talis sit heres. vel potest fieri sine illo aduerbio quandocunq; vt quando testator vno certo tempore complectit plures etates.text.in.l.centurio.ff.eodem.z ibi scribentes.Et dicit Bartol.ibidem q ipsa compendiosa a pagano facta non est species substitutionis de per se sed est quedam adiectio q intellige. i. quidã modus inducendi alias substitutiones sub noua forma verborum respectu cuius potest dici species de per se siue fiat a pagano siue a milite.Aret. in rub.ff.eo. et glo.j.in.l.verbis ciuilibus.ff.eo. Jaſ.ita declarat in dicta.l.centurio.ff.eodem.colũ.x.sed quando fit a milite tunc vero est species substitutionis de per se et hoc est q voluit gl.in.d.rubrica.z Jaſ.in.d.l.verbis ciuilibus.

l ¶Quando compendiosa facta est a milite maioribus per verba mere directa vtroq; tẽpore cõprehẽdit militarẽ semper erit directa militaris in qua veniunt tantũ bona defuncti.l.centurio.ff.eo.z ibi glo. et scriben.facit.l.miles etiam.ff.de testa.mili.

m ¶Si autem compendiosa fit a milite per verba directa suo filio pupillo in potestate constituto vtroq; tempore erit directa nam intra tempora pubertatis valebit vt vulgaris z pupillaris post vero erit directa militaris.l.precibus.C.de impube. ſm intellectũ verum Fulg.q̃uis glo.ibi dicat q si mater sit in medio obliquatur.z idem glo.in.d.l.centurio.z dicto.c. si pater.male tamen quia mater nullũ habet in hoc priuilegium.Barto.in dicta.l.centurio.z ibi Alexã. et Jaſ.z idem Jaſ.in dicta.l.precibus.quia illud ſm scribentes haberet locum quando fieret per verba communia.

n ¶Ubi autem compendiosa fit per verba mere obliqua vt per verbum rogo reddas restituas z per alia ministeria alterius exigentia ad transmissionem hereditatis;de quibus per Bartolum z Lanfran.in dicta.l.centurio.ff. eod.tunc est semper fideicommissaria siue fiat a pagano siue a milite scribẽtes in supra dictis locis de qua tractatur.ff.z.C.ad trebel.z insti. de fideicommiſ.here.

o ¶Sed si compendiosa fiat a pagano per verba cõmunia suo filio pupillo in potestate existenti valet vtroq; tempore tanq; fideicommissaria. Bartolus et Baldus in dicta.l.centurio.et idem in.l.extribus. C.de inofficioso testamen. Ange.consilio.cxxv.incipien.hoc est testamentum.quam opinionem sequũtur glo.in.d.l.cẽturio.in dicta.l.precibus. in dicto.c. raynutius.§.finali.in institu.eod.z in dicta.l.extribus. Contrarium teneas quod imo intra tempora pupillaris etatis valeat tanq; vulgaris z pupillaris iure p directo. Post vero pupillarem etatem efficiatur fideicommissaria.et istud sequitur gloſſ.in.§.qua ratione,iste de pupillari.et in capitulo si pater, de testamen.libro sexto.sequitur Cynus post multos antiquos in dicta.l.precibus.et ibi Salice.Fulg.Paul. et Alex.Et hanc opi.indubitatam dicit dict⁹ Alex. in dicta.l.centurio.z ibi post eum Jaſ. reprobando glo.contrarias.

¶Et nota q in materia substitutionis cõpendiose versatur triplex species verborũ. Nã quedã sunt verba directa quedã cõmunia z quedã obliqua: directa sunt illa que denotant ius competere ipso iure z que important tale ius ex quo possit adiri hereditas de iure ciuili vel bonorũ possessio peti de iure pretorio. Lanfran in.l.centurio.ff.eo.z Bal.in.l.fi.C.de sacro sanct.eccle.z sunt hec instituo vt toto titu.ff. de here. instituẽdo in verbo heres esto.l.fi.C.de here. instit. z.l. j.in fi.ff.illo titulo.idẽ in verbis dominus esto.l.his verbis.ff.de here.instituẽdo in verbo monatur.c.si pater. de testa.lib.vj.z verbũ assigno est directũ.l.j.ff.de assignat.liber.c.ij.de offi.ord.idẽ dic in verb.adiudico. Ꝑb.accrescat est etiã directũ.l.q̃ patri.ff.de acq.her. et.l.vnic.C.quando partes non peten.idem in verbis concedo z detra ho.Lanfran.in.d.l.centurio.

¶Communia vero sunt illa que extant in significatione directi z obliqui vt est verbum permaneat.l.si cum ante.C.de donatio. propter nupt.z tex. in.l.rale pactum.§.fina.z ibi gloſſ.z Barto.ff.de pac.z Bal. in.l.j.C.de pac.inter emp.z ven.et Bald.in.d.l. fina. C.de sacroſan.eccle. Fulgo. in consi.xlj. idem dic in verbo redeat.l.si duobus.ff.de milita.testamẽ.idem dic in verbo pertinere ſm Barto.in.d.l.centurio. cũ quo transeunt Joan.de lig.z Bal.in.l.si pater.de testamen.lib.vj.pro quo facit quod habet gloſſ.not. in l.si quis intentione ambigua.ff.de iudic.q verbum pertinere est commune ad petitorium et possessorũ et ibi sequitur Bart.facit etiam glo.in.l. cum mater. in gl.ij.ff.de inoffi.testamen.que dicit verbũ pertinere esse latũ:idem glo.in.c.inter dilectos.de fide instr. que dicit q verbũ pertinere est tam latũ q per id cẽsetur omne ius in iudicio deductũ vndecũq; debeatur,z illã reputat sing.Ant.in consil.ccxcv. incl. vltis attestationi.&c.ex quo tamen vide glo.in.c.fi.de elec. lib.vj.que videtur similis.dic etiam q verbum deuoluatur est commune.Lanfran.in.d.l.centurio.idẽ verbum deueniat est commune.Bald. in.d.l.fi.z de isto verbo sunt duo text.in.l.penulti.ff.de solu. alius est in parua constitu.in vſi.feud.Idem dic de verbo habeat.Angel.in.§.extraneo.institu.de pupil. vide tamen text.qui videtur dicere q sit obliquum. in.l. qui concubinam.ff.de lega.iij.§.j.et ibi Barto.et de verbo succedat vide Lanfran.z Jaſ.in.d.l.centurio. et no.q nullum est tam verbum commune quin per adiectionem verbi eoipso efficiatur directum. Lanfran.vbi.s̃.Obliqua vero verba sunt illa que exigũt factum alterius vt est verbum restituatur.l. coheredi.§. cum filie.ff.de vulgaribus .idem in verbo detur.lege fundi trebatiani. ff. de vſufructua. legat. idem in verbo reddatur z in alijs.de quibus per doctores in dicta.l.centurio.et in dicta.l. final.C.de sacroſanc.eccle.

¶Pupillaris tacita vulgariter continetur in vulgari expressa quando ipsa vulgaris facta est per patrem pupillo in potestate constituto:et hoc siue mater sit in medio siue non. gloſſa in lege precibus.



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

C.de impu.in verbo omnino.et tex.in.l.fi.C.de insti. et substitu.sub condi.fac.et ibi glossa.et glossa.in.§. qua ratione.instit.de pupilla.doct.vltramon.in.c. raynutius.de testamen.z ita teneas licet, glossa aliter voluerit in.l.centurio.ff. eodem. quam reprobat Jason et alij in.l. precibus.§.alleg. Quod tamen limita verum nisi vulgaris esset facta simul maiori et pupillo:quia tunc propter imparitatem non continetur in ea pupillaris tacita.l.q̃uis.C.de impube.et alijs substitu. limitatur etiam nisi constaret de voluntate patris nolentis pupillarem tacitam in vulgari comprehendi.l.nam hoc iure.§. finali.in verbo si voluntas parentis non refragetur.ff.eodem. et in dicta.l.q̃uis.C.de impube.in verbo si modo non cõtrarium z cetera. Limitatur tertio si pater facit vulgarem et pupillarem suo filio prouidendo ei in omnem casum:quia tunc expressim facit cessare tacitu̇ l.cum ex filio.§.filio.ff.eodem. Quarto limita.quando vulgaris esset facta per dictionem tantummodo. Jason in dicta.l.nam hoc iure. aduerte tamen quia ista pupillaris tacita non admittitur contra matrem.gloss.in.l precibus.alleg.sequitur illam Bartolus et omnes in.l. prima. ff. eodem. in tertio substitutionis vulgaris effectu.col.viij.nec etiam cõtra patrem pupilla.et alias personas de quibus per Bartolum in dicta.l.secunda. cum opinio. Bartol. transeunt indifferenter moder. et maxime Alexan. in dicta.l.centurio.et Albe.de rosa.in repe. istius rubri.quij.colum.Salice.et Paul.in dicta.l. final. C.de institu.et substitu.opinio. Barto.compto.Aret. duplici fundamento.quia in materia exorbitãti, quando est fauorabilis prout est ista fit extensio de persona ad personã q̃ non concurrit eadẽ tacita volũtas etiã in stipulatione que est stricti iuris. l. rale pactum. §. fi.ff.de pac.z pro ea parte est tex.in.l.generaliter. in princip.C.de secun.nup.

q ¶ Exemplaris tacita comprehẽditur in vulgari expressa furioso facta si tempore quo fiebat vulgaris erat furiosus.argu.l.si predia.ff. de re.eo. secus si eo tempore quo fiebat non erat furiosus: ille cui fiebat quia casum aduersam q̃ fortunam ꝛc.l.inter stipulãtem.§.sacram.de verbo.obli.ff.Bar.in.l.ex facto.ff. eo.ita tenuit Old.laudu.vt refert Alb.in repe.rubr. ff.eo.col.lxxxiij.

r ¶ In pupillari expressa continetur vulgaris tacita l.nam hoc iure.ff.eo.l.in testamento.C.de mili.testa. gloss.in.§.qua ratione.instit.eo.que excludit matrem pupilli et omnes venientes ab intestato.glo.in.l.fin. C.de instit.z substit.sub condi.fac.z ibi scriben.omnes approbantes eam q̃ tamen limita fm Bart.in matre defuncti:quia sicut per pupillarem tacitam nõ excluditur mater pupilli ita nec per vulgarem tacitaz mater testatoris.Bart.in.l.ij. in princip. ff.eo. colũ. viij.ver.vltrius quero.

s ¶ Exemplaris tacita continetur in pupillari expressa quando ipsa pupillaris fit furioso. Bartol.in.l.ex facto.colum.v.ff. eodem. quia in habeñ. simbolum facilior est transitus.l. in rem.§.item quecunq;.ff. de rei vendicatio.l.item si acceptolatum.ff. de acceptila.l.quarta.§.fina.de bono.posses.et ita Guil.decu. et Rayn.dum tamen pupillaris non fuerit facta cuz limitatione temporis:quia tunc vltra tempus nõ extenderetur.l.si ita quis.ff.eodem. et sicut pupillaris tacita non excludit matrem nec alias personas.de quibus per Bartolum in dicta.l.secũda.ita nec etiã exemplaris tacita a paritate rationis.Bar.in.d.l.ex facto.nisi appareat de voluntate cõtraria defuncti glo.in.d.l.precibus.z tex.in.d.l.nã hoc iure.z aduerte quia illa voluntas probabitur per duos testes vel per coniecturas.Bar.in.d.l.ij.in prin. penul.z fi.col. Bal.Angel.Sali.z Paul.in.d.l.precibus.Salice.et Jas.in.l.q̃uis.C.de impu.

t ¶ An tacita vulgaris contineatur in exemplari expressa. Credo quod sic eo modo quo i pupillari quãdo testator instituit furiosum.quia vbi est eadem ratio idem ius debet statui.l.illud.ff.ad legem aquil. a.titio.ff.de verb.obligatio.de quo per scriben.in dicta.l.ex facto.ff.eodem.z in.§.qua ratione.instit.eo. illa ratione:quia vbi due sunt cause naturalis z accidentalis semper naturalis prevalet. vt.§. dict per.l. qui habet.ff.de tute.

u ¶ Exemplaris substitutio quãdo fit pupillo per patrem intra tempora pupillaris etatis si pupillꝰ erat in potestate valet vt pupillaris post vero vt exemplaris:quia vbi concurrunt due cause naturalis z accidentalis semper prevalet naturalis.l.qui habet.ff. de tutel.post vero pupillarem etatem erit exemplaris:dum tñ nõ fuerit facta cum limitatione tẽporis. d.l.si ita quis.Barto.in.l.ex facto.ff.eo, z ibi post eũ scriben.

v ¶ Ista duplici nomine nuncupãtur. s. reciproca. vt in.l.nam hoc iure.§.quod genus.ff.eo.z alio breuiloqua.de quo est text.in.l.cũ in testamento.ff.de here. instit.§.hec verba.z non fit nisi ex pluribus personis duabus vel tribus paris vel disparis numeri. declarat Bar.in.d.l.lucius.col.iij.ff.eo.z appellatur reciproca propter mutuam z alternatiuam repetitionez substitutionis quã in vnaquaq; persona facere testator intelligitur. Jas.in.l.in testamento.C.de mili.testamen.alie tamen vni persone: z fit per hec verba. titium z seium heredes instituo: z eos inuicem substituo.l.lucius.z.l.coheredi.§.qui discretas.ff.eo.l.j. et.ij.C.eod.vel per hec lucium et titium heredes instituo: z vter eorum viuat heres esto.l.titius z seius cũ l.seq.ff.de here.instit.l.si fundũ sub cõditione. §.his verbis.de le.ij.ff. Vel isto mõ titiũ z seiũ instituo et substituo.l.si pater impuberi.fm vñ lec.ff.eo.z cõtinet plures in se substitutiones.aliquando duas alias quando quatuor.de quo plene dicetur in singulis exemplis ex ipsa descenden.

w ¶ Breuiloqua has duas solum comprehendit quãdo fit duobus maioribus vel duobus imparibꝰ scz vni puberi z impuberi: vel vni existẽti in prãtore alteri nõ existẽti q; tũc breuiloqua cõprehendit solũmodo tã substõnẽ q̃ põt equaliter ambobus fieri.l.nãponere §.sed si alter.ff.eodem.et.l.secunda.C.eodem.Lanfran.in.d.l.centurio.et.l.in testamẽto.C.de testamẽ. militari.et de veritate huius plene Barto. z Jason post eum in.l.lucius.ff.eodem.et idem Jason.in lege in testamento.C.de testamento militu. Lanfran. in.d.l.centurio.

x ¶ De due cõprehenduntur in breuiloqua quando fit duobus impuberibus exheredatis. argu.§. non solum.instit.de pupil.substit. quia cum pater nihil

talibus relinquat: nō potest eis substituere vulgariter cum per vulgarem succedatur testatori: et per pupillarem pupillo. insti. eodem in princip. pupillariterve ro nedum potest substitui instituto quinimo exhere dato lege prima. in fine. ff. eo. et. d. §. non solum. quare breuiloqua duobus exheredatis facta duas dicitur pupillares continere. vt declarant Bar. Alexan. Pau. et Jaſ. in dicta. l. lucius. ff. eodem. et late Bar. in dicta. l. j.

aa ¶ Quas quatuor dicunt iura in breuiloqua comprehendi quando fit duobus pupillis in potestate constitutis institutis. l. lucius. §. aliter. et in. l. nam hoc iure. §. j. ff. eo. sequitur Lanfran. in. d. l. centurio. Bar. et doc. in. d. l. lucius. in. d. l. nam hoc iure.

bb ¶ Iste sex continentur in breuiloqua quādo fit duobus pupillis mēte capitis: videlicet due vulgares si non adeatur hereditas: due vero pupillares si decesserint in pupillari etate. Exemplares etiam duas si moriantur post pupillarem etatē in furiositate: theorice tradit hoc Bar. in. d. l. lucius. et Lanfran. in. d. l. centurio. Posset etiam dici quod breuiloqua continet sex alias si fiat p hec verba pupillos meos duos sane mentis heredes instituo: et eos inuicem substituo. si decesserint in pupillari etate vel quandocūq; videlicet duas vulgares duas pupillares et duas fideicommissarias. de quo Bart. et Lanfran. in locis quibus supra.

sibilitas ꝛc. illa ergo distinctio adiicia/tur honorato vel grauato est falsa: qꝫ lege nō probat. ꝛ est cōtra casum. l. si mihi ꝛ tibi. §. si quis seruos. ī. de leg. j. vbi cōditio adiicitur grauato: et va/let dispositio. ¶ Preterea hec lex: et l. conditiones. ī. eod. ꝛ. l. obtinuit. ī. de cōdi. ꝛ demon. loquūtur generaliter et nō dicūt an vel cui sit adiecta cōdi/tio impossibilis. oīs eīn cōditio q̄ adi/icitur institutiōi vꝫ adiecta relicto et legato in illo testō vt. l. si dies. in fine. ī. qñ dies lega. ced. Sz si esset vera ta/lis opinio sequeret q̄ nullū legatū re/lictū in testō illo in quo q̄s est institu/tus sub cōditiōe impossibili valeret. Alia est opi. Jo. in. d. l. j. de his q̄ pe/no. re. q̄ hec. l. cōcordat cū illa. l. ꝓpo/et est cōtra ter. in. l. j. C. de his q̄ pene nomine. in fine ibi sine vllo dāno ꝛc.

Andreas Pomate.

a ¶ His premissis[a] veniam[a] ad mate/riā cōditionis impossibilis ꝛ reperi/mus quatuor spēs impossibilitatis. 4 Quedā est impossibilitas de natura: quedā de iure: quedā est ratione per/plexitatis. Et quedā est impossibili/tas de facto. Examinemus quālibet per se: ꝛ primo de impossibilitate natu/re. ¶ Op. qđ impossibilitas oīno vi/tiat testm: vt. l. si stipuler. de ver. ob. et l. apud iu. §. fi. als est sub. l. idē iul. ī. de leg. j. Rñ. ibi impossibilitas adiicitur per modū dispositionis: ideo nō va/let ipso iure. hic per modū conditio/nis. ¶ Ad hoc oppo. de. l. si mihi ꝛ ti/bi. §. si quis seruos. ī. de leg. j. vbi adi/icitur per modū dispositionis ꝛ nō vi/tiat. Sol. ibi impossibilitas nō erat in eo qđ erat substantiale in dispositio/ne: sed in quodā accidēti vt in die seu 5 dilatione: ideo vitiatur ꝛ nō vitiat: vt ibi dixi. ¶ Item op. conditio de prete/rito non vera est impossibilis: vt l. verū. ī. de reg. iur. sed cōditio de pre/terito non vera vitiat dispositionem. vt. l. cū in scō. de inoff. testa. ꝛ. l. ij. de here. instituen. ꝛ ī. eo. l. institutio talis §. fi. cū sq. Respondeo: hic loquitur in conditione impossibili de futuro: ibi de preterito. ratio: quia talis conditio est magis causa finalis q̄s cōditio. vt l. demonstratio. §. j. ī. de condi. et de/mon. ꝛ qđ ibi dixi. ¶ Contra hanc so/lu. oppo. de. l. si mevia. §. de here. di. instituto. Glo. ista dicit quod ibi loqui/tur de cōditione nugatoria. sed quid vult dicere nugatoria: Respondeo cō/ditio de preterito que est modo im/possibilis ꝛ de preterito fuit impossi/bilis: est nugatoria ꝛ nō vitiat: sed il/lud quod. §. dixi loquitur in cōditiōe de preterito que licet nunc sit impossi/bilis: tamen de preterito fuit possibilis. ¶ Ad hoc oppo. ꝛ videtur quod conditio impossibilis vitiet di/spositionem. vt. j. de verborum obligatio. l. impos/sibilis. Respondeo impossibilis conditio vitiat con/tractum: vt ibi non vltimas voluntates. vt hic, ꝛ ra/tio fit fauor vltime voluntatis. vt. l. in testamentis. de regulis iuris. ¶ Sed contra hoc de contractu op/poni. quod in contractibus impossibilitas nō vitiat. vt. l. insulam. §. locati. Solut. ibi impossibilitas erat circa aliquod accidens. vt plene dixi in. l. si mihi ꝛ ti/bi. §. si quis seruos. ¶ Et predictis potest distingui circa impossibilitatem nature. Aut impossibilitas ad ijcitur in vltimis voluntatibus: aut in contractibus. Primo casu aut per modum dispositionis aut p modum conditionis. si per modum dispositionis: aut est impossibilitas circa id quod est substantiale in di/spositione: aut circa aliquod accidēs. si per modum conditionis: et tunc aut de preterito aut de futuro. si de preterito et tunc aut est. impossibilis nunc: et fuit impossibilis de preterito. ꝛ non vitiat: si vero de pre/terito fuit possibilis: et impossibilis de futuro: tunc vitiat vt hic. saluo eo quod dico circa impossibilita/tem iuris. Si ī contractibus aut per modum con/ditionis ꝛ vitiat. aut per modum dispositionis: ꝛ tūc aut circa id qđ est principale in dispositione. ꝛ vitiat: vt. l. si stipuler. ī. de verbo. obliga aut circa accidēs. vt circa diem: ꝛ tunc distingue: aut in contractib⁹ bo/nefidei aut stricti iuris: vt plene dixi in. l. si mihi ꝛ ti/bi. §. si quis seruos. ī. de lega. j. ꝛ probatur in. l. insulā. §. loca. Ego dixi qđ impossibilitas vitiet contractū. Contra. in. l. si militem. C. De condi. ob causam. Sol. hic dantur plures solutiones. puma aliud in contra/ctibus nominatis ꝛc. Bzeuiter Dy. ponit vnam solu/tionem. Impossibilis conditio vitiat omne cōtra/ctum de mundo siue bonefidei ꝛc. sed non impedit quin cōdictionē ob causam: que non ouf ad perficiē/dū contractū prout agitur: sed ad resoluendū ipsum extra id quod agitur. vt. l. si is. §. fi. §. cōmoda. ita lo/quitur. l. si militem. C. de condi. ob cau. ¶ Venio ad impossibilitatem iuris ꝛ op. institutio q̄ in alterius voluntatē cōfertur est impossibilis de iure: ꝛ nō si fiat institutio vitiat. vt. j. illa. ꝛ. l. si qs sempronium. ꝛ. l. ca/ptatoias. §. de here. instit. Sol. cōditio proprie im/possibilis de iure est illa que est ptra bonos mores. sed ista institutio que confertur in alterius arbitriū non est impossibilis de iure: sed lex nō assistit. simile in. l. stipulatio ista. §. alteri. ī. de verbo. oblig. ꝛ quod ibi not. in. l. pacta que contra. C. de pact. vel si volu/mus dicere qđ si cōtra ius: dicamus qđ ideo ibi ve/tiat: qꝛ talis conditio facit cessare solennitatem testa/menti: cū voluntatē defuncti institutio talis non ha/beat: ꝛ ideo vitiat institutionē. ¶ Iterū op. qđ cōditio impossibilis de iure debeat impleri de facto. vt. j. ē. l. mulier. et. l. meuius. ī. de cōdi. ꝛ demon. Sol. si cōdi/tio que est de iure impossibilis impleatur de facto ꝛ nihil facit contra bonos mores debet impleri de fa/cto vt hic. ꝛ ī. eo. l. conditiones. simile dicit Dyn. in. l. qdam cū filiū. ī. de verb. obli. ¶ Item opp. de. l. ser/uo. de condictio. unde. vbi conditio de iure impossi/bilis vitiat legatum. glossa ibi. soluto, conditio im/possibilis non vitiat si testator sciebat eam impossi/bilem: sed si credebat possibilem ꝛ erat impossibi/

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tunc vitiat.quod tene menti.argu.ſ. de here.inſti.l. quo loco.§.primo.hec ſo.videtur contra caſum.l.ab omnibus.§.primo.infra de lega.j. vbi dicit quod licet teſtator putauit conditionem poſſibilem q̃ erat impoſſibilis tamen non vitiat.Sol.illa conditio de tabulis reddendis reſpicit vnum finalem effectum: ſcilicet liberationem.z ideo licet ſit impoſſibilis per vnum modum ſufficit quod ſit poſſibilis per alium modum equipollẽtem:ſicut dixim⁹ in lege mulier. 7
in prin.ad trebel.et.l.ſi ita.quando dies leg.ced z.l. q.C.de inſti.et ſubſti.In aliis aũt cõditionibus que ad vnum finalem effectum non proponuntur eſſet ſecus.hoc probatur.quia cõditio debet impleri in forma ſpecifica:nec debet impleri equipollẽter: vt dixi in lege gallus.§.et quid ſi tãtum.ſupra de lib.z poſth. ¶Oppoñ.de.l.filius.infra eodem. vbi conditio impoſſibilis vitiat inſtitutionem. Glo.ſoluit duob⁹ modis. Primo quod ibi vitiatur teſtamẽtum ad cõmodum inſtituti qui erat ſucceſſurus ab inteſtato. z vitiatur inſtitutio vt ſuccedat ab inteſtato et legata non ſoluat.Alia eſt quod ibi ſpeciale in filio qui non poteſt inſtitui niſi ſub cõditione poteſtatiua:et ideo 8
illa inſtitutio peccauit in forma.et iſta eſt vera.Et p hoc apparet quod precedens ſolutio non eſt vera: quia illa.l.in aliis venientibus ab inteſtato non procederet:vt.l.ſi libertus ſub conditiõe.j. de bo.liber. Item non haberet locum in filio emancipato vel inſtituto a matre:vt.l.reprehendenda.C.de inſti.z ſubſti.Expeditus de impoſſibilitate iuris;quia in omnibus caſibus in quibus impoſſibilitas nature vitiat:in omnibus illis impoſſibilitas iuris vitiat;ſed in illis in quibus impoſſibilitas nature non vitiat an impoſſibilitas iuris vitiet? ¶Diſtingue ex predi-
6 ctis per te. ¶Veniamus† ad impoſſibilitatem ratione perplexitatis.et opponitur quod impoſſibili- 9
tas vitiet.infra eodem.l.ſi titius.Sol.ibi eſt impoſ- a
ſibilitas ratione perplexitatis: hic nature vel iuris. et ratio eſt; quia imputet ſibi teſtator qui induxerit perplexitatem et conditionem inſeruit ipſemet; vt ibi no. ¶Item oppo. quod impoſſibilitas ratione 10
perplexitatis non vitiat; vt infra eodem lege ſi quita.in princip.Sol.ibi perplexitas poteſt de iure diſſolui.de facto ſecus:vt ibi patet. ¶Item opp.quod impoſſibilitas ratione perplexitatis non vitiat:quia ſi non poteſt diſſolui de iure debet diſſolui de facto; vt.l.ſi titius.de verbo.oblig.vbi lite cõteſta.de facto quis ſoluit perplexitatẽ.Solu.ille qui implet cõ- 11
ditionem de facto z ſic diſſoluit perplexitatẽ implet eam ſibi z ad ſui cõmodum:ideo talis diſſolutio admittitur.ſimile.j.eo.l.mulier.§.j.ſed ſi impleas de facto:z fieret ad alterius commodum; non implentis; tunc talis diſſolutio perplexitatis nõ admitteretur. hic eſt caſus in.l.ſi titius.j.eo.tit.z probatur in.d.l. ſi titius.in exemplo negatiuo. ¶Opponi.quod iſta perplexitas non vitiat diſpoſitionem:vt.l.qui quadringenta.in prin.j.ad.l.falci. Solu.ibi perplexitas ex verbis vel ex diſpoſitione defuncti nõ contingit; ſed ex quodã accidenti facta eſtimatione patrimonij:z ideo non vitiat ſed diſſoluitur perplexitas; put poſſibile eſt ꝑm voluntatem defuncti. ſed quod ſ. dixi habet locum in perplexitate que proceſſit ex verbis vel ex diſpoſitione defuncti. ¶Item op.de.l.vlt.§. titius.ver.q̃d ergo.ſ.tit. priori.vbi perplexitas nõ vitiat diſpoſitionẽ. Sol. l.ſi titius.j.eo. loquitur q̃n pplexitas cadit iter res dignas pari fauore:tũc diſpoſitio vitiat:ſed ſi cadit inter res quarũ vna eſt digna maiori fauore; prefertur fauorabilior.arg.l.inter pares.de re iu.z ex predictis diſtingue per te. ¶Venio† ad impoſſibilitatẽ de facto.z op.q̃ impoſſibilitas vitiat diſpoſitionem vel legatum:vt.l.cũ heres.§.j.j.de ſtatu libe. Glo.que eſt ibi et in.§.impoſſibilis.inſtit.de here.inſtit.ſoluit ibi de impoſſibilitate de facto que eſt magis difficultas q̃ impoſſibilitas.z ideo q̃ eſt poſſibilis licet difficilis diſpoſitionẽ vitiat:vt ibi de tali impoſſibilitate de facto que dicitur difficultas.dic vt dixi in.l.continuus.§.illud.de verb.obli. Nos videtis q̃ cõditio impoſſibilis diſpoſitionem nõ vitiat:quero† an in locũ illi⁹ debeat aliud impleri. Reſpon.quandoq; teſtator adiecit cõditionem impoſſibilez ad nullum finem honeſtũ; vt ſi celũ digito tetigeris:z tunc non debet aliud impleri: vt hic.et.j.eo.l. cõditiones.et.l. obtinuit. de condi.z demon. Quandoq; adiecit conditionem impoſſibilem ad aliquem honeſtum finem et tunc debet impleri ille honeſtus finis ꝓout eſt poſſibile: vt j.de vſufru.leg.l.legatum.z.j.de admi.re.ad ciui.pertl.legatum. ¶Et
† per hoc⁴ ſi teſtator reliquit centũ a ¶Et per hoc.z vide q̃ no.in rubrica quotem.et ad Bal.in.l.j. C.de his q̃ pe.nomi. And. bar.
fratribus predicatoribus pro miſſis cantandis et ciuitas eſt interdicta:et ita q̃ miſſa non poteſt cani: tunc debet aliud honeſtum fieri in locum illius honeſti finis. ¶Quero† quid ſi conditio eſt ꝓ parte poſſibilis z ꝓ parte non? Reſpon.quatenus eſt poſſibilis impletur:quatenus eſt impoſſibilis reſcitur: vt lege qui dotez. de dote prelega.facit.l. penulti.infra de conditio.z demonſtratio. ¶Quero† an inſtitutus ſub conditione impoſſibili poſſit adire hereditatem de iure ciuili:vel habeat neceſſe petere bono.poſſeſſ.de iure pretorio? Jaco. de are. dicit ſimpliciter q̃ habeat neceſſe petere bono.poſſeſſ.de iure pretorio:vt ipſe no.in.l.cum in ſecundo. ſupra de inuſt.teſta.z.l.ſi quis eum. ſupra titu. priori. et probatur per textum.l. facta.§. ſi in danda. infra ad trebellia Quid dicemus? Reſpond. quedam cõditiones impoſſibiles remittuntur a iure ciuili:quedam a iure pretorio. Primo caſu poteſt adiri de iure ciuili:vt hac.l. z inſtitu.de heredibus inſtituen.§. impoſſibilis. et

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

l.conditiones.infra eodem titulo.quedam remittuntur de iure pretorio. et tunc non potest adiri de iure ciuili:sed recurritur ad bo.pos.secundum tabu. ideo quia ius ciuile illam conditionē nō remittit.ita loquitur.§.si in dandā et ita loquitur.l.j.§.ad eos .j .ad legē fal. Contra hoc facit.l. si libertus .in principi.infra de bo libe. vbi conditio reiicitur a pretore et tamen est heres de iure ciuili. Sol.oportet te intelligere heredem esse.idest bono.pos.nō autem de iure ciuili. Item quero † dictū est quod si filius institutus est sub conditione impossibili non valet testamētum.sed an filius potest testamētum approbare.dico quod sic.vt.l.filio.supra de iniusto.testa.et est casus recte intelligendo.infra eodem.l. si quis in testamento. Querit glosſ.† quid si conditio impossibilis in persona tertij apponitur. Dicit glosſ.quod non vitiat:vt.l.si meuia.§.de her. inſt.,z hoc propter generalitatē.l.obtinuit. infra de condi.et demon. Querit glosſ.† an matrimonium factum sub conditione impossibili valeat. Et videt qō sic:quia est fauorabile sicut institutio: sed tu dic de hoc vt in.c.finali. extra de condi. apposi.

a Opp.vi et vide qō de hoc elegāter tangit Bar.in l.j.C.q̄ test. face. possunt. Andr. Barb. Andreas pomate.

b Qō facit ad qōnē Cōtrarius vī tenere Bart. in.l. manumissiones. C.de iusti.z iure vide Jaſi l.si idē cū eo.in prin. ff. de iur, om. iud.in iij.col. Andreas pomate.

c Dicit statu.z videas oēs in no gl.sing. in.l.vbi fideiussor.ō solu.

* Aduerte q̄ in hac.l. si ita heres Bart. accusat vitio cōtradictiōis. Sz q̄ saluatione Bar.vi de concor. quā posui ad.l.cui fūdus.ff. de cōdi.z demon.

An quod cōmune est propriū sit. Et an alienato vsufructu res sit mea et qd si est alienata proprietas.nu.2.

**Si testamēto.** Conditio si meus erit verificatur in proprietate tātum totius vel partis:nisi contraria voluntas appareat. hoc dicit. Oppo.dicitur hic quod cōmune est meum est: imo quod commune † est meum non est:vt.l.quintus j.de aur.z arg.leg.glo. dicit in dubio nō dici meū nisi in totū sit meū:quod tene menti:sed ista glo.est contra tex. super quo est signata ibi nisi euidentissimis. vbi dicitur meum est quod commune:nisi probetur contrarium. vnde glo.dicit in.l.id quod nostrum. j.de regulis iuris.quod commune est dicitur meum ficte non vere:ita dic vt dixi plene in.l.seruī electione.§.j.j. de legatis.j. Dicitur hic vbi † alienauit vsumfructū adhuc dicitur res mea. Sed quero quid econtra si alienauit proprietatem.dicit glo.q̄ idem videtur.vt.l.iij.de vsufruc. sed dicit finaliter contra.vt.l.j.§.j.j.ad fillet. z adde j.ad.l fal.l. statulib. Nō obst.l.iij. q̄ vsus fructus licet sit pars dominij: tamen finitur morte testatoris :ideo de eo non sentit testator. Quero quid si manumisit ita quod tantum iuspatronat⁹ retinuit. Casum habuistis.ē.titu.ij.l.talem.§.j. Item quere glosſ.quid quando testator voluit quod esset suus in totū quis erit tunc heres:dicit g'oſſ. distinguere vt habuistis in.l.sed et si in conditione.§.si seruum cōmunem.ē.titu.ij.

Una pluralitas generat plures singularitates. Ista propositio duo z tria sunt quinq: z duo et tria sunt septem verificatur.

Duo et tria z cōponantur quinq tñ nō sunt quinq. Statutum quod bannitus in centum impune offendatur non comprehendit bannitum in duobus bannis videlicet vnum in quinquaginta et aliud in sexaginta.

**Sed si duo.** Una † pluralitas generat plures singularitates.h.d.contra hoc opponi.C.de impuber. z alijs subsitu.l. cūis. et.l. penulti.ego,examinsut plene in.l.falsa.§.fin.j.de cōdi.z demon.z tetigi.ē.tit.ij.l.hoc articulo. vbi glosſ. tangit. Ultimo glo.† inducit hunc text.in arg.ad q.vtrum ista propositio possit verificari duo et tria sunt quinq. vel duo z duo z tria sunt septem. Et dicit qō sic:quia duo sunt de numero quinq. Itē tria sunt de numero q̄nq. Itē duo z duo sunt de numero septē.z sic verificatur.vide gl.per totū tus de hoc j.de ver.ob.l.quoties. Scias tñ q̄ licet ex duob⁹ et tribus cōponant quinq tñ duo z tria nō sunt q̄nq. vt.l.vbi fideiussor.j.de sol.z ibi no.qō facit ad⁹ qōnem. † Dicit statutū^c qō ex bannitis a centū liberis supra possit impune offendi. Certe si hz duo bannā vnū in quinquaginta aliud in sexaginta nō est exbānitus in centū:vt dixi in.d.l.vbi fideiussor.z ibi vide quod tene menti.

Conditio vt habeatur pro impleta an sufficiat sola oblatio: vel requiratur depositio et consignatio.

Alle in quem iussus est quis implere conditionem an sit legatarius.

Si conditio habet diem puta si domum edificaueris an si ille in cuius solo debet fieri cōdicio habeatur pro impleta.

**Si ita heres.** Cōditio potestatiua habetur pro impleta si stat per eum in cuius personā tenet impleri.h.d.z habet vnam bonā glosſ. Et quero † primo vtrum sufficiat oblatio solaꝛel requiratur depositio z consignatio ad hoc vt conditio habeatur pro impleta.gl.dicit si quidem fit presentiꝛtūc sufficit sola oblatio.vt.l.statuliberos.§. filichus.de statuliber.aut fit absentiꝛet tunc debet fieri depositio et consignatio.vt.l.cum heres.eodem titulo.Dy.et Jaco.de ra. dicunt quod requiritur depositio et consignatio etiam quādo fit presenti per rationem: quia quandocunq; fit oblatio ad consequendam actionem requiritur depositio z cōsignatio.l.j.C.de communi ser.manu.et nota.ē. titulo primo.l.si seruus communis.tu dic quando oblatio fit ad implementum conditionis.et fit et qui er implemento conditionis nil de suo perdit:z ad nihil obligatur implementi conditionem : tunc sufficit sola oblatio.vt lege statuliberos.§.filichus.infra de stat

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tulibe. z ibi glo. Et est casus expressus in l. vltima. C. de condi. inser. sed quando oblatio fieret nō solū causa implendi conditionem tantum: sed causa soluendi pretiuz: vel ille in cuius persona impletur ad aliquid obligatur: tunc requiritur depositio z consignatio. vt l. j. C. de commu. ser. manu. z qō no. in l. si seruus. §. ti. prori. z probatur in. l. antepenultima. C.
2 de pac. inter emp. ¶ Scōo quero ꝑ virū iste in quez est iussus implere cōditionem sit legatarius. Et gl. dicit quod non per. l. si quis sub cōditione. j. si quis omis. causa testamenti. z econtra qō sic vt. l. fideicōmissa. §. cum esset. j. de lega. iij. sed ad. §. cum esset. dicit glo. solue vt ibi. z in. l. in ratione. §. tametsi. ad legem falcidiam. nam ibi loquitur quando cōditio apponitur et quē testator potuit pregrauare. Sed tu dices nonne testator potuit istum heredem grauare. Sol. illud impletum debet impleri anteqz sit heres z sic anteqz possit grauari: z ideo non po-
3 test dici legatum vel fideicōmissum. ¶ Quero ꝑ qd 1 si ista conditio habet diem. vtputa si domum edificaueris. z ille in cuius solo debet edificari impedit: an statim est heres liberatus vel debet expectare diem. Dic in legatis z dispositionibus que recipiūt diem: fateor qō expectatur dies. vt. l. in illa stipulatione. §. j. j. de ver. obli. Fallit fauore libertatis vt. l. statuliber. §. fi. j. de statulibe. sed heredis institutio 1 non recipit diem vt. l. hereditas. §. ti. ij. z sic cōditio non habetur pro impleta: sola dies remanet: ergo non expectatur. z de hoc dixi in. l. hoc iure. et. l. in il- a la. j. de verbo. obliga. z dixi in. l. ita stipulatus in tertia questione principali circa fi. eo. ti. vbi plene dixi et distinxi circa fi. dic vt ibi.

SI qui ita. ¶ Nota hanc legē. ¶ Querit gl. vtrum statim ꝓtracta societate ille sit heres: an debeat expectari cursus. xvj. anno. Azo tenuit quod non debeat expectari. gl. tenuit contrarium: quia non fuit appositū tantum si contraxerit societatem: sed si permanserit. vnde debet expectari cursus tēporis. Ego dico quod si tempus esset adiectum tantum cōtractui: vt instituo vos si contraxeritis societatem in bonis meis vsqz ad. xvj. annos. tunc celebrato contractu remaneret solum tempus: sed de hereditate subducitur vt no. supra l. prori. ergo ꝛc. sed si esset adiectum nō solum contractui sed persistentie ipsi⁹ contractus tūc 1 est conditio vnde cursus temporis debet expectari. Item quero quomodo potest impleri ista conditio perseverantie. nam dicit textus permanserit ꝛc. illud videtur impossibile quod permanserint socij anteqz sint heredes. Respondeo oportet intelligere quod permanserint in illa societate rei future: et prodest quia possunt interim petere secundum tab. vt. l. ij. §. si sub conditione. de secundum tabu. et. l. si quis instituatur. §. titu. ij. z ideo omnia gerent z tractabunt tanqz heredes: et hoc prout legitur qō defunctus non contraxerit societatem. Alij dicūt huius timore qō ipse defunctus societatem contraxerit vt dicit glo. j. quod non placet per rationem que dictatur hic in tex.

1 ☞ Conditio si non alienauerit respuitur si nō est persona cuius fauore sit prohibita.

Idem Iulianus. ¶ Hic §. tractat de mutiana cautione. ¶ Oppo. quod hic nō habet locum cautio mutiana: quia ista conditio potest impleri in vita heredis: vt. l. cum tale. §. j. j. de condi. z demon. Solutio expectare mortem esset triste: ideo non expectatur. vt in. l. cum tale. §. j. z. l. mutiane. ¶ Item dicitur hic quod conditio est impossibilis: quia nō est cui caueatur. Contra: quia sunt saltem venientes ab intestato quib⁹ debet caueri. vt. l. is cui. j. de condi. z demon. et expresse deveniētibus ab intestato ponitur in auc. cui relictuz. C. de indic. vidu. z in corpore vnde sumitur. Sol. dicunt quidam qō hic nō erant venientes ab intestato. vel dic ista ꝑ cōditio si non alienauerit respuitur de facili si non est persona cuius fauore sit prohibita: vt. l. filiusfami. §. diui. j. de leg. j. sed secus in alijs conditionibus negatiuis: ita dixi in. d. l. is cui. j. de condi. z demon.

☞ Quando ad veritatem copulatiue requiratur vtranqz partem esse veram.

SI heredi. a Ad veritatem copulatiue requiritur vtrāqz partem esse veram: sed ad veritatem disiunctiue sufficit alteraz partem esse veram. h. d. ¶ Oppo. et videtur qō quando plures ꝺditiōes apponūtur: debet pareri vltime non cuilibet. vt. l. qō traditum est cū. l. seq. de ꝺdi. z demon. Solu. verbū disiunctim potest capi dupliciter: vez per alternatiuaz aut: z vel: sic loquitur hic. Alio modo disiunctim. i. separatim: et tunc est parendum vltime vt ibi. ¶ Item oppo. §. titu. ij. l. lucius. vbi disiuncta accipitur pro cōiuncta. Solu. ibi speciale: z rationem ibi videbitis. ¶ Item op. qꝰ ꝑ ad veritatem copulatiue nō requiritur vtrunqz sed alterum sufficit vt. l. j. §. de his qui no. infa. et. l. j. j. ad le. pompe. de parrici. Veritas est qō qñ due orationes ponuntur copulatiue non principaliter: sed respectiue ad aliud: tunc requirit cōcursus vtriusqz vt hic. Sed qñ plures orationes non copulantur respectiue ad aliud sed quelibet principaliter: tūc copulatiua ponit magis cā ordinis qz coniunctionis: ideo nō requiritur cōcursus vtriusqz vt. ll. cōtrarijs. z probo per ter. l. ea tamen adiectio. j. de lega. iij. et hoc plene dixi in. l. si is qui ducenta. §. vtrum, infra de rebus dubijs.

a Andreas Pomate. ¶ Si heredi. Et vide Ludo. ro. in cōsi. cxxix.

a Andreas Pomate. ¶ Si heredi. De materia vide p Jas. post Bar. z alios i. l. §. ff. de iusti z iur. et an ista regula sit vera tñ potiꝰ inspicie da est mēs qz natura copule .. ita Bal. in. c. ij. pe. col. ꝛ reseri.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Andreas Pomate.

a Et natura ⁊ consuetudine cõtractus. vide Felin.in.c.ij.col.vij.versi.stylus curie.de rescri. ⁊ in.c. tertio loco.in fi.de proba.et in.c.causam que.col.fi. de testi.Barba.cõsi.j.in.xlj.col.j.vol.Bal. alias Bar. in l. ¶. q̃cũq;. C. de apo. puj.libr.j. Barb.ꝑsi. xlvij. i. xxix.col.j. volu.et ꝑsi.lj. col. iij. eo. vo.⁊consi. vij co.vij. ⁊ seq.in. ij. vol.⁊ cõsi. xvj. in.vij. col.i.ij.vo. ⁊ ꝑsi.lvij.in ij col.in. ij. vol.⁊cõsi. lix i.vj. co. eo.volu.et consi.lxvj. col.vij.eo. volu.

Andreas Pomate.

b Facit ad statuta. ℞ dictũ seq̃t Alex.cõsi. xxxiij.in fi. v.vol. ⁊ vij de remissi ue ꝑ Bar. ꝑsi.xij. i ij. a col.eo.⁊cõ sil xxxvij. i ãtepe. col. ⁊ pisla doctrina facit ter. i.c. j. ℞ iureu. b li.vj.⁊vide Felin.in.c. 2 eccl̃ia sancte marie. xxvij.di. ℞ consuit.vbi etiam per Barba.in. iiij.col.vide Alex. consi cxxiij.col.ij.vol.iij.Lepo.cõsi.xv.barba.ꝑsi. vij.col.j.vol.⁊ consi.xxiij.in.ij.col. eo.vol.et consil. xlvij.in.xv.col.⁊ seq.j.vol.⁊ cõsi.vj.in.x col.in.ij.volu.⁊ cõsil.xiij col.vij volu.ij.Et cõsi.xlij.aks. xlvij. col.vlt.eo.volu.ij.⁊ consi.xxv.col.viij.eo.vol.⁊ cõsi. lvj.in.v.col.eo.volu.⁊ consi.lxij.col.vij.vide Anto. de but.consi.xix.in.iiij.col.et consi.xxxvj.j.col.⁊ xlj. et.lxvij.et.lxxvij.Ro.consi.xcj.et consil.cij. ad fi. et 2 consil.cxcix.colum.ij.Imol.consil.lxxxij. et Cardi. xxxiij.ad fi.et consi.xlvij.ad fi.et consi.xvj.et consil. cxx.et.cxlviij.j.colum.

# Si quis ita. Impossibilitas reijcitur de institutiõe. h.d.Querit gl.vtrũ saltem monumentum debet impleri.Bl. qõ sic quasi duo sint p̃cepta. vt.l.celsus. §.j.s̃.de arbi.⁊.l.hec scriptura.de cõdi.⁊ demon.⁊ pbatur in.l.insulam.§. j.s̃.de loca.⁊.l.si mihi ⁊ tibi.j. de leg. primo.

Juramentum de nõ separando matrimonium etiam ratione consanguinitatis non valet.

Et stante statuto q̃ qui declinauerit iurisdictionẽ potestatis possit offendi non includitur clericus.⁊.

# Si quis sub conditione. Dicitur hic qõ in ipsa exactione habetur exceptio.Contra non est necessaria exceptio quia alteri per alterũ nõ queritur actio vt.l.stipulatio ista.§. alteri.j de verb.obli.Dicunt quidam qõ ideo legatario dar̃ actio:q; heredis stipulantis interest: sed est truffa.: q; tunc quereret ipsi stipulanti non alij. vt dicit glos. quare dic qõ stipulatus fuit non capax.vide glos. que incipit siue promiserit.Opp.C.de euic.l.pe. sed ibi stipulatio duple interponitur ex natura ⁊ cõsuetudine cõtractus. ⁊ secus hic: ideo hic presumuntur mala fides:ibi non. Ultimo †glos.induxit hanc.j.cõtra eos qui copulant aliquos in matrimonio ⁊ iurant qõ neuter separabit iure cõsanguinitatis q; hoc iuramẽtum nõ valebit. Item facit ad statuta[b] que generaliter aliquid mandant:qõ non porigant ad illicita. Exemplum dicit † statutum quicunq; declinauerit iurisdictionem potestatis possit offendi:certe hoc nõ intelligitur de clerico declinante.facit quod dicitur in.l.prima.§.que onerande.quarum rerum act. non datur.

An iuretur de futuro.Et an statutum inferiorꝫ qõ fit in fraudem appellationis ad superiorem valeat.nume.2.

# De sub conditione. Juri iurandi conditio heredi vel legatario vel fideicõmissario mortis causa donatario apposita remittitur sine sola siue coniunctim siue disiunctim cum alia fuerit apposita.hoc dicit vsq; ad.§.quoties. Oppone, dicitur hic quod remittitur talis conditio.Sed cõtra.infra eadem.l.§.quoties.Solu.quantum ad iuramentum remittitur:sed quod venit in iuramento debet impleri.argu.j.de conditio.et demonstratio. l.hec scriptura. Oppo.de.l.si cum patruo.C. cõmunia vtri.iud.et.l.si quis cum debitore.s̃.de iureiuran.dicit glosſ.ibi in contractibus: hic in vltimis voluntatibus.hoc reprobatur per.l.pactum. supra de pact.datur alia solutio ibi in iuramento de preterito:hic in iuramento de futuro quod non licet iurare. Item oppo. de lege si quis libertatem. de manu.testa.Solu.ibi speciale fauore libertatis. ⁊ seruus qui non potest implere conditionem de faciendo vel dando iuret. Item oppo.de lege municipibus. de conditio. et demonstratio. Solu.ibi in iuramento de preterito:hic in iuramento de futuro. Opponi.de lege antistitue. infra de acquiren.heredi.Solu.ibi in iuramento de preterito:hic de futuro est. et est ratio dicit glossa. quia illud de preterito non potest impleri aliter quam iurando. vt dicit glosſ.et bene. Preterea in iuramento de futuro est maius periculuz de periurio Item sepius deieretur in iuramẽto de futuro. Extra gl. opponi. †tvidetur quod iuretur de futuro:vt lege si quis maior.C.de transact.et lege presenti.§.sanc. C.de his qui ad eccle. et in autenti. iusiuran. quod prestatur.per totum vbi prestatur iuramentum de futuro. Istas contrarietates soluit Pet. in.l. si cum patruo.C.communia vtriusq; iudi.et ibi refert Ly. et Guillel.in lege illicitas.supra de offic. presi.in illa questione an in securitate debeat iurare:et in.l. si quis cum debitore. supra de iureiurando. dicit sic. Juramentũ quod est de futuro ⁊ super eo quod est voluntatis non debet interponi.ita loquitur hic q; implere conditionem est voluntatis et non necessitatis:vt.l.si quis sub conditione.infra si quis omis. cau.testa.et ita debet intelligi glo.que est in.l. ne in arbitris.C.de arbi.sed si est super eo quod est necessitatis. tunc est secus vt in contrario. Item.ll. que dicunt quod sufficit cautio iuratoria. Item aduerte quia in his que relinquuntur sub modo nõ est prohibitum iuramentum: quia illud est in obligatione.vt.l.final.C.de his que sub modo.de iuramento ꝑbatur in aut.cui relictum.C. de indi.vidu. Ultimo †hec lex in versicu.sed et si sub iusiurandi. facit ad questionem certum est quod statutum inferiorum quod fit in fraudem appellationis que interponitur ad superiorem non valet vt extra de

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

a iureiuran. c. vententes[a]. vnde cõsules ꝛ presules cõ/ sueuerant de hoc habere constitutiones prouincia/les. modo pone casum qõ ciuitas que causas appel/lationis nõ habuit statuit vt quilibet qui diceret se/ grauatum posset petere consilium sapientis per qõ/ exgrauetur vel possit appellare. ☞Certe hoc videtur/ in fraudem appellationis. argumento huius. §. cuꝫ/ sua glos.

**Quoties.** Licet iusiurandum remittatur ta/men dandum vel faciendũ est qõ/ sub illo iuramento precipiebatur. Item cõditio po/testatiua vel modus habentur pro impletis si non/ steterit per eum. hoc dicit. ☞No. tex. in fi. ibi imple/nda enim ꝛc. ☞Opp. videtur qõ non habeatur pro/ impleta: imo habetur pro defecta vt supra ad legẽ b/ aquil. l. inde neratius. §. idem iulianus. Sol. ibi con/ditio deficit facto tertij: ideo actio datur in tertiuꝫ./ hic autem casu fortuito deficit cõditio. ☞Sed tũc/ oppo. de. l. legatũ. C. de condi. inser. vbi si deficit cõ/ditio deficit relictum. Solu. ibi in cõditione mixta/ hic autem in potestatiua. nam seruus non potest li/bertatem recusare vt. l. fi. C. de manumiss. testa. et ra/tionem ꝛ distinctionem huius materie dic vt no. gl./ in. l. in testamento. j. de cõdi. ꝛ demon. ꝛ ibi est opti/ma gl. vbi plene dixi.

1 ☞An quando contractus sententia vel testamen/tum est nullum possit peti a iudice principaliter de/clarari nullum.

Et quo iure possit peti declarari nullum. 2.

**De hoc iure.** Quod a iure remittitur non/ est necesse remitti a iudice. Item tacita cõditio non impedit transmissionem./ h. d. ꝛ no. hunc tex. qui est no. et menti tenendus. et c/ hic dicam quedam que nunc̃ vobis dixi. ☞No. q̃/ dixi vobis in summario. ☞Oppo. ꝛ videtur q̃ alia/ conditio insit: quia dare vel facere tenebatur q̃ cõ/tinebatur sub iuramento. vt. §. quoties. ꝛ sic videtur/ q̃ a die mortis non cedit dies legati. Sol. hic testa/tor expressit solum conditionem de iureiurãdo que/ est remissa a iure: sed illa que de dando vel faciẽdo/ subintelligitur a iure: ꝛ ideo non impedit transmis/sionem. Dy. videtur velle contrarium q̃ imo trans/missio impeditur. ꝛ hunc tex. intelligit Dy. qõ dies/ legati cedat post cõ impleuit cõditionem de dando/ vel faciendo: et ad hoc puto Dy. esse motum per. §./ quoties. vbi impeditur legatarius habere actionẽ/ anteq̃ impleat conditionem. Ego puto glo. dicere/ veritatem: et est casus in. l. si post diem. in ver. sed si/ ea. j. quando di. le. ce. Non ob. §. quoties. vbi dicit./ actiones hereditarias non habebit: quia fateor qõ/ non cedit dies quo ad natiuitatez actionis: quia ta/cita cõditio natiuitatem impedit sicut expressa: sed i/ transmissionẽ non impedit. vt. l. itez quia. §. de pac./ et hoc modo potest responderi ad. l. si quis liberta/tem. j. de manumis. tes. ☞Ego dixi† vobis pluries 2/ et nunc̃ declaraui quando contractus sentẽtia vel/ testamentum est nullum. vtrum possim petere hoc 3/ a iudice declarari nullum: et quo iure possim pete/re: et qõ non possit fieri videtur casus hic. ꝛ secũduz 4/ hoc dices tu. qualiter poterit cognoscere de nullita- 5/te si non possum petere. Respondeo incidenter agã/ petitione hereditatis: et si excipies de testamento/ dicam testamentum nullum: vt. l. j. C./ de or. iudi. vel agam actione prima: a/ sed si excipiatur de sententia: replica/bo de nullitate. in contrarium est gl./ in. l. j. §. j. in gl. super verbo questiõis./ j. que sen. sine appel. rescin. ☞Quid di/cemus? Breuiter teneo qõ principali/ter possit agi de nullitate: ꝛ hoc pro/bant iura que allegabo quo iure pos/sit peti. Non ob. iste text. quia fateor/ quod non est necesse sed possum si vo/lo. Nec ob. text. qui dicit quod nõ est/ per singula remittẽdum: quia fateor/ qõ non est remittendum si pronũtia/tur remissum. ☞Sed quero[b] † quo/ iure possim petere qõ annulletur vel/ cassetur quatenus de facto processit./ Imo. extra de offic. iudi. c. vlti. dicit b/ qõ iudicis officio gl. tangit in. l. si do/lo. C. de rescin. vendi. Ego dico quan/doq̃ contractus est nullus ex partiũ/ conuentione siue irritatur ipso iure: ꝛ/ tunc potest pronuntiari nullus: ꝛ cas/sari quatenus de facto ꝓcessit actio/ne ex eodẽ contractu. vt. l. ex empto./ §. is qui vina. s̃. de ac. emp. si vero cõ/tractus est nullus non ex partiũ con/uentione sed ex alia causa: tũc si qui/dem dolo partis fuit nullus petitur/ cassari actione de dolo. vt. l. elegãter./ in prin. s̃. de dolo. sed gl. in. l. si dolo./ C. de rescinden. vendi. non bene se fir c/mat[c]. si vero non fuit nullus ex dolo/ partium sed ex alieno defectu tũc pe/titur cassari officio iudicis vt. l. ꝛ si ita./ C. de predi. mi. et ita intellige primaz/ opin. positam in. l. si dolo. C. de rescin/den. vendit. Si vero non est contra/ctus sed loquimur de testamento vel/ sententia que est nulla tunc petit de/clarari nulla et cassari: quatenus de/ facto processit officio iudicis vt. l. j. §./ j. cum sua gloss. s̃. de fer. Et per illam/ l. intelligit Innoc. per officium iudi/cis in. c. fi. extra de offi. iudi. et proba/tur in. l. certa. C. qñ ꝓuo. nõ est necef./ ita intelligo. l. j. §. j. j. que sen. sine ap/pel. rescin. cũ sua glo. ꝛ pro hoc. l. chi/rographis. §. j. s̃. de admi. tuto. ꝛ ibi/ gl. vide ergo qõ ius dicendi nullum/ est iudicis officium.

☞Scriptura videtur continere id/ quod in alia ad quam refertur conti/netur.

Si dicatur eligimus illum quẽ titius/ nominabit quis videtur eligere. 2

Et de hoc debent fieri duo instru/menta. 3

Institutio an possit fieri vno verbo. 4

Si cõstituo procuratorem illũ quem/ titius nominabit ꝛ titius sit inhabilis/ an valeat. remissiue. 5

a ☞Que sub/ditiõe. c./ venientes./ de q̃ vide/ Bald. in. j./ ꝓsti. C. et q̃/ ibi dixi in/ §. qb⁹. i vl/ti. col. ꝛ ibi/ et vide an/ valeat sta/tutũ q̃ sin/gularis p̃/sona ñ pos/sit appella/re.

b ☞Sz q̃ro./ Et vide. d./ pe. in. c. ij./ de pac. vbi/ allegat/ istã doctri/nã Andr./ bard.

Andreas/ pomate.

☞Quero,/ vide ro. cõ/ si. ꝛc. incip./ viso.

c ☞Non bñ/ se firmat./ Et ad hãc/ materiãvi/de q̃ dixi i/ l. si exp̃ssiz./ de appel.

# Prima Bartoli super Infortiato

1 INstitutio talis. Una† scriptura videtur continere id qđ cõtinetur in alia id quã illa refertur. h.d. simile habuistis in.l. asse toto. de here. instit. ¶Opp. glos. de.l. quidam referunt. de iure codicil. Dicit Dy. ibi fuit mutata conditio persone: hic non. Item

2 hec. l. †inducitur in argu. ad. q. nos eligimus illum quem titius nominabit: quis videtur eligere? Dicit glo. qđ nos non: sed ille qui nominabit vt. l. item eorum. §. si decuriones. s. qđ cuiusq; vniuer. no. vide gl. que incipit sic. ĵ. de condi. ⁊ demon. ibi. §. si decuriones. ille. §. facit in contrarium cum sua gl. q̃ nos videmur eligere. ſ. per aliuz vnde habes aduertere ad verba. quandoq; dicimus eligimus illum quem titius nominabit tunc nos eligimus et ille fungitur officio nommandi vt hac glo. Quãdoq; damus titio potestatem eligendi ⁊ tũc videmur eligere ficte per alium: vt. l. item eorum §. si decuriones. s. q̃ cuiusq; vniuer. no. ¶Quero † vtrũ de hoc debeat fieri vnum instrumentum tantum nos eligimus illum

3 quem titius nominabit vel duo. Dico q̃ duo debẽt fieri de iure: sed consuetudo aliud obseruat vt dixi

4 in.l. heres. §. sed si notã. s. de testa. ¶Item †inducitur hec lex ad. q. vtrũ institutio possit fieri vno nudo verbo de quo dixi in. l. ĵ. s. de here. instit. ¶Item

5 inducitur †ad. q. vtrum possum cõstituere procuratorem illum quẽ nominabit titius: ⁊ titius est inhabilis ad constituendum procuratorem. Ly. formatur hanc. q in. l. quod quis. C. de procurato. ⁊ Joã. and. extra de procura. c. religiosus. in cle. ⁊ hec. l. facit qđ possit licet titius sit inhabilis.

SIquis in testamento. 1 Hanc. l. habeo pro difficili. ¶Opp. qđ filius non potest instrui sub tali cõditione vt. l. si pater. C. de instit. ⁊ substi. ⁊ s de heredi. instit. l. suus quoq;. Sol. hic erat emancipatus vel dic q̃ erat suus: sed in defectum conditionis exheredatus vt dicit gl. ĵ. vel dic qđ ista con- 1
ditio habetur pro non adiecta vt. ĵ. dicetur. ¶Opp. qđ ista conditio sit turpis vnde filius non habebat necesse adoptare illũ vt. l. vxorem. §. heres. ĵ. de lega. iij. gl. soluit pluribus modis. ⁊ vltimo dat vnaz so. fateor contrarium: ⁊ qđ dicit parato filio: subaudi maxime. vnde siue filius sit paratus adoptare siue nõ ipse filius est heres quasi impleta sit cõditio: hoc nõ videtur verum quia qđ aliquis aliquẽ adoptare cogatur metu pene est prohibitũ: vt ibi nam agebatur de priuãdo heredez hereditate post aditionem: qđ apparet: quia illud onus adoprandi aliquem fuit sibi iunctum nõ in modum cõditionis sed alterius grauaminis: vnde est turpe sicut matri monum nõ debet fieri metu pene. vt. l. fi. C. de spon salibus. sed q̃ spe lucri qđ inuitetur ad adoptandũ aliquem nõ videtur turpe sicut nõ videtur turpe qđ quis inuitetur ad matrimoniũ spe lucri: vt. l. titio. §. ĵ. ĵ. de cõdi. ⁊ demon. Quid dicemus? Possum dicere qđ gl. dicit male. ⁊ hoc qđ dixi sit vera sol. cõtrarij. Tenendo hanc gl. possum dicere qđ spe lucri aliquem inuitare ad adoptãdum nõ est turpe sed hereditas patris nõ est proprie lucrum ⁊ perdere eam dicitur damnum. vt. l. fi. C. de codicil. vel quasi damnum vt no. in. l. iij. C. de iuris et fac. igno. vñ videtur metu pene inuitatus. timore huius cõtrarij nõ est necesse q̃ filius sit paratus adoptare. vñ subaudi maxime vt dixit gl. sed timore alterius cõtrarij est necesse q̃ paratus sit adoptare. ideo nõ potest subaudire maxime vt statim dicam: sed hodie non est iusta causa exheredandi: quia nõ est de casib⁹ numeratis in auc. vt cum de ap. cog. §. causas. ¶Scõo op. qđ cõditio turpis adiecta filio instituto facit testm̃ ipo iure nullũ: vt. ĵ. e. l. filius. ergo nõ erit heres quasi cõditione cõplera imo testm̃ erit ipso iure nullũ. Sol. dico q̃ hic loquitur in filio emãcipato vt dixi in primo cõtrario: vel dic prout loquit in suo: qz illud maxime qđ dicit gl. nõ est subaudiẽdum qz filio parato implere cõditionẽ testm̃ est aliqđ vt hic. Nõ ob. l. filius. qz est verũ q̃ testm̃ est nullum: sed si filius est paratus implere cõditionem testm̃ cõfirmatur per l. filio. s. de iniu. test. ⁊ hic est casus: alias esset nullũ vt. l. cõtraria. sed instabis: filius ergo implet conditionem turpem. Rñ deo coacte adoptare est turpe: sed adoptare sponte nõ est turpe. ⁊ ideo cõpleta cõditione: heres est vt hac lege.

VErba. Sl. signat ar. ↄtrarium de manu. testa. l. si quis locuples. in fi. vbi apponens conditionẽ videtur velle expresse illã impleri sol. hic expresse cõmittit eius arbitrio velle adimpleri vel nõ. dũ dicit si nolit ꝛc. ſm Dy. ¶Itẽ sunt argumẽta ↄtraria diversis. l. si stipulatus. de leg. ĵ. l. si qñ. in prin. Solu. ibi verba possunt aliquid operari hic non: quia tacite inerat. vt. l. iij. ĵ. de leg. ĵ.

Legatum quomodo dicatur acquiri.

IAquita. Implementum cõditionis nõ inducit additionez vel legati acquisitionem irreuocabilem. h.d. ¶Dicitur hic q̃ legatum acquiritur impleta cõditione. Contra imo a morte testatoris acquiritur recta via statim vt. l. a titio. ĵ. de furtis. ⁊ l. cũ pater. §. surdo. ĵ. de leg. ij. Solu. in legatis† quedam est acquisitio ficta ⁊ ista est a tpe mortis: vt. l. a titio. ĵ. de fur. Quedam est acquisitio vera sed revocabilis: ⁊ ista est a tpe adite hereditatis vt. l. si tibi homo. §. cum seruus. ⁊. l. seruum filij. §. ĵ. ĵ. de leg. ĵ. ¶Quedam est acquisitio irreuocabilis ⁊ ista est a tpe agnitionis vt hac. l. ¶Item oppo. qđ quis implendo cõditionem videatur adire hereditatem vt l iam dubitari. in fi. s. de here. instit. Sol. vt ibi not. et. l. ĵ. §. sed si parendi. s. de condi. ob cau. Et no. bene hanc l.

FIlius. Cõditio turpis adiecta in institutione filij vitiat testamẽtum. Item non dicimur posse qđ honeste non possumus. hoc dicit. ¶Oppo. de. l. ĵ. s. eodem titulo. vbi conditio impossibilis nõ vitiat sed vitiatur. Sol. speciale in filio. ¶Item oppo. de l. si libertus sub conditione. ĵ. de bo. lib. Sol aliud in liberto vt ibi: aliud in filio vt hic. rationem dixi supra eo. l. ĵ.

STitius. Impossibilitas ratiõe perplexitatis vitiat institutionem. h.d. ¶Oppo. s. eo. l. ĵ. ⁊. l. cõditiones.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

vbi conditio impossibilis reijcitur. Solu. hic in conditione impossibili ratione perplexitatis: ibi aũt loquitur de impossibilitate nature vel iuris: dic vt .s. e.l.j. ¶Opp. q perplexitas non vitiat vt l.si titius.j. de ver.obl. Sol. ibi est perplexitas que potest dissolui: hic autem est perplexitas indissolubilis et ideo vitiat institutionem. ¶Querit glo. ponamus institutionem factam negatiue si scius heres non erit titius heres esto. et si titius heres nõ erit seius heres esto. glo. dicit quod expectabitur alterius repudiatia: hoc no: est verum q; non posset repudiare cum nondum sit delata: vt.l.is qui heres.j. de acqui.her. sed veritas est quod institutio non vitiatur q; adeũdo de facto sibi implet cõditionem et facit deficere alteri. vt.s.e.l.j. vel q; altero decedente alter heres erit et ita glo. bene dicit. Sed op. et videtur q; sufficiat cõditionem impleri de facto: vt.d.l.si titius. et.l. mulier.j. eo. Solu. vt plene dixi. s. eo. l.j.

SIplures. ¶Quero hic dicitur plures institutiones vtrũ ste plures institutiones debeant intelligi esse facte diuersis personis vel de eadem. gl. ponit primo q; diuersis personis, secundo qõ de eadem. nam si diuersis posito quod cõditio extaret in persona vnius adhuc debet expectari conditio in persona alterius: qui diceretur esse coniunctus in eadem parte. vt.l. coheredi. §. coheres. s. titu.j. et.l. plane. §. si coniunctim.j. de lega.j. et ita dicit Dyn. ¶Item tenendo secundam lectu. oppo. quod vltima conditio spectetur vt.l. sub diuersis. et.l. quod traditum. cum.l. seq.j. de cõdi. z demõ. Solu. aliud in hereditatibus vt hic. et.l. si te solum. de here. instit. aliud in legatis vt ibi. ¶Querit glos. de vna. q. et vide glo. que incipit in specie. et adde in fi. ibi in prin. et. §.j. et.l. liber homo. §. si ita scriptũ.

QDm seruus. Conditio adiecta in institutiõe videtur in legato repetita. hoc dicit. ¶Oppo. de.l. seruo alieno. §. si ab impubere. et.l. si quis a filio.j. de leg.j. z.l. fi. de fideicõmiss. lib. Sol. conditio que vitiaret legatum non videtur repetita: sed illa que non vitiaret legatum sic vt hic. quod declara vt dixi in.l. licet.j. de legatis primo. z articulum istum declarant in.l. auia §.j.j. de condi. z demonstra. ¶Quero de quo seruo loquitur hec lex. Glos. hic dat tres solu. primo q; erat seruus propitius testatoris: z ista lect. est verissima z pone q; quod seruus habebat coheredem alias ille seruus non posset habere libertatem nec legatũ nullo existente herede. vt glos. sequens dicit. Et ista est vera lectu. alij dicunt quod erat seruus alienus: sed ista lectu. est falsa: quia seruo alieno non potest directo dari libertas. vt.l. seruo tuo. C. de manumis. testamen. z. s. titul. ij l. si alienum. Alij dicunt quod seruo testatoris tempore testamenti et alienato viuo testatore. ista lectu. est vera: quia per alienationem est recessum a libertate z remanet firmum legatum et substituto vt. s. titu. ij. l. qui filio. §. si quis seruum. et oportet te intelligere quod habebat coheredem alias nil valeret: sed prima magis placet quia nullã continet diuinationem. Dicitur hic quod in legato potest videre conditionem repetitam; quero que est ista conditio que in legato videtur repetita. Glo. videtur dicere de conditione adiecta institutiõi. scilicet si titius fuerit consul vt in gloss. super verbo conditionem. alia gloss. super verbo extiterit. dicit contrarium nam dicit quod defecit conditio institutionis: si illa intelligeretur in legato repetita legatum non deberetur. de alia ergo cõditione intellexit. Ibi tus contrarij timore Jacob. de aret. dicit super hoc text. repetitam conditionem statute libertatis: vt.j. de ꝓditio. z demonstratio. l. auia. istud dictum videtur falsum quia textus dicit quod libertas fuit data pure et sic non est statuliber: vt.j. de statuliber. l. secunda. ¶Quid dicemus? Breuiter dico quod conditio adiecta institutioni videtur repetita: et hoc ꝓbat text. l. auia. et hec gloss. super verbo extiterit male dicit sed intelligo non extiterit quia nolit esse heres. Sed tu dices: quomodo cum seruus sit necessarius ergo non potest repudiare. Respõdeo prout tu intelligis de seruo alienato a testatore est clarũ quia est voluntarius: sed secundum primam lecturam. dicit glo. qõ per hec verba dat sibi licentiam abstinẽdi: et facit de necessario voluntarium. vt.l. verba. s. eodem et.l. cornelius. s. de here. instit. pone ergo casum sic. dominus reliquit seruo libertatem pure: et cum heredem instituit pro parte sub conditione si titius consul factus fuerit: dato sibi coheredẽ: z adijcit et si heres esse noluerit vel sibi heres non extiterit: lego sibi centum: et omnia sunt plana. Ad argumenta contraria que ponuntur in gl. vlti. dic vt colligitur ex his que dixi in.l. licet.j. de lega.j. Sequentem.l. vide per teipsum.

MOlier. Jstam.l. habuistis examinatam in.l. mutiane.j. de condi. et demon. et breuiter hoc dicit. Conditio de non petendo in vltimis voluntatibus per acceptilationẽ impletur. ¶Idez si alio modo de iure peti nõ potest. hoc dicit. ¶Opponi. et videtur quod ipso iure vir non potest petere soluto matrimonio. vt.l. ij. supra soluto matrimonio. Gl. intelligit quod fecit vir pactum de dote lucranda. vel dic quod etiam soluto matrimonio potest petere quia habet actionem: licet obstet exceptio et petendo repellitur ab heredi tate. ¶Item videtur quod non sufficiat acceptilatio: sed sit necessaria cautio mutiana. vt.l. mutiane.j. de conditio. et demonstratio. Solu. quandoq; referuntur hec verba si non petat: ad ius vt non petas de iure: et tunc impletur per acceptilationem: quia amodo non potest petere vt hic. et ita loquitur vltimum membrum dicte.l. mutiane. infra de cõditio. et demonstratio. quandoq; referuntur ad factum vt non petas de iure vel de facto: et tunc non sufficit acceptilatio: vt dicta lege mutiane. prout loquitur de mutiana. sed in dubio ista verba referuntur ad ius in vltimis, volũtatibus: vt lege licet. infra vt le. no. ca. et lege auia. in fine. infra de conditio. z demonstratio. secus in contractibus: quia intelligitur de iure vel de facto: et promittendo non petere nõ impletur conditio. vt lege vbi pactum. C. de transact. et not. in lege siue apud acta. eodem titulo. ꝛ lege prima. circa finem glo. mag. C. de pactis. et dixi in. d.l. mutiane.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

a ☞Andreas Pomate. ¶Si quis hereditariū.intelligę ꝑm Alex.in.l.ij.§.ex his.col.fi.in fi.de ver. obli. Et vide Bar.consi.vj.

b ☞Andre.Pomate. ¶Si quis testiñ.vide Bay.in §.et quid si tñ.xv.col.de libe.et posthu.

☞Andreas Pomate.i 1

c ¶Quidā in suo. vō a Cy.p col. sing.inverbo pactuz nō opoꝛtz.

☞Andreas Pomate. 1

d ¶Proba ri.vō Lā franc.in repe.c.qñ cōtra falsam i.lxxxv.co. de proba. alex.in.l.furiosum. C. qui test.fa. pos. Fel.in c.auditis. b peñ.col.de prescrip.et vide Jas. in.d.l.furiosum.

☞Andreas Pomate.

e ¶Sz ego dico. vide Bald.in.l. nō hoc.in vltim. col. C.vnde legi.Barto. in.l. sicuti. 1 §.sed si q̄ratur. ff. si ser. vendi. Felñ.in.c. Bertold⁹. in antepe. colū. de re iudicata. Bald.in.l. non ignorat. C. qui accus. non pos.z intellige ex presumptione dominiū per Alex. consi.xciij.colum.ij.z qualiter probetur possessio.vi de Barba.consil. viij.col.ij.volu.z vide circa dicta Bar.hic Alexand.consi.x.in.iiij.colum. Felu.in.c.illud.in.ij.colum.in.ij.notabi.de presump. Barto.consi.xxvij.in.xviij.co.j.vo.z seq.col.iiij.z.xlj. in.ij. volu. et consi.vj.in.vj.colum.vide que posui ad Bart.in.l. tittia.ff.de solu.

☞Cōditionem impleri de facto qñ sufficiat.remissiue.

## Si ꝯs hereditariū.[a]

Si cōditio non potest impleri de iure 1
sufficit q impleatur de facto. h.d. Vides hic q non est dictio si:et tñ est cōditio:allegatur.l.j.de condi. et demō.
¶Oppo.†quod non sufficiat impleri conditione de facto.vt.l.hec conditio.de condi.z demon.et.l.j. in fi.§.qō quisqz iuris.et.l.ea quidem.C.si man. ita fue. alie. Sol.nō sufficit impleri de facto si de iure pōt impleri. alias sec2 vt hic.hanc materiam tractant doc.in d.l.ea quidem.et Dy.in.l.quidā cū filium.j.de verb.obli.et dixi plene in.l. 1
continuus.§.cū quis.e.nit. ¶Oppo. q ista cōditio tanqz impossibilis reiī- 2
citur vt.§.eo.ti.l.j.solue vt tibi.

## Si quis te.[b]

[b]Substitutus est 3
ꝓprie institutus
vel substitutio est ꝓprie institutio.h.d. 4

## Eruus.

No. ratio 5
nem huiꝰ c
l.q est no. ¶Oppo.de l.talem.in prin.§.titu.ij. Solu.ibi fuit data libertas bis. Primo pure. Scōo sub cōditione ideo valet ex prima datiōe. Itē 1
opp.hereditas non potest dari in diē vel sub conditione.vt.l.hereditas.§. ti.ij.Solu.hereditas sola non potest dari in diem vel sub cōditione sed cū libertate sic.
☞Cōditio qñ non stat per heredē q impleatur habetur ꝓ impleta:ni d
si voluntas defuncti repugnet.

## Ter ex fratrib⁹.

Cū.l.sequenti. ¶Opp.cō- 1
ditio mixta si impeditur p casum dispositio deficit:vt.l. in testa- 2
mento.de condi.z demon.z.l.legatū. 3
